

# COMMUNE SANCTORUM

*In singulis Festis Sanctorum ritus Duplicis I. aut II. classis, omnia sumuntur de respectivo Communi ut infra, praeter ea quae habentur propria. In Festis autem Sanctorum ritus Duplicis majoris (praeter Festa S. Joannis Baptistae et SS. Apostolorum), aut Duplicis minoris, seu Semiduplicis, seu Simplicis, sequentia tantum sumuntur de Communi, nisi habeantur propria: nempe Capitula, Hymni ad Laudes et Vesperas, V. V., Antiphonae ad Benedictus et ad Magnificat, RR. brevia Horarum, et Oratio. Antiphonae vero cum Psalmis ad Vesperas et Laudes, si non assignentur propria, sumuntur de Feria currente: ut in Psalterio; sed ad Horas minores, semper e Psalterio. Prima et Completorium dicuntur ut in Psalterio de Feria currente, excepta ad Primam Lectione brevi, pro qua sumitur Capitulum Nonae de respectivo Communi, si non habetur proprium.*

**In Vigiliis Apostolorum.**


*Officium fit de Feria, excepta Oratione, quae in propriis locis notatur.*

## Commune Apostolorum et Evangelistarum

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

### IN I. VESPERIS.

1. Antiphona. VIII. c.



hoc est prae-céptum me-um, \* ut di-li-gá-tis ínvi-cem,



sic-ut di-lé-xi vos. E u o u a e.

## Psalmus 109.

**D**IXIT Dóminus Dómino meo: \*  
Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, \*  
scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dó-  
minus ex Sion: \* dominare in  
medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir-  
tutis tuae in splendoribus sancto-  
rum: \* ex útero ante luciferum  
genui te.

Juravit Dóminus, et non paeni-

tébit eum: \* Tu es sacerdos in  
aeternum secundum ordinem Mel-  
chisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* con-  
frégit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implébit  
ruinas: \* conquassabit capita in  
terra multorum.

De torrente in via bibet: \* pro-  
pterea exaltabit caput.

Glória Patri.

Sicut erat.

*Repet. Ant.* Hoc est praecéptum.

2. Ant.

I. g

**M**

A- JOREM ca-ri-tá-tem \* nemo ha- bet, ut ánimam su-



am po-nat quis pro amí-cis su-is. E u o u a e.

## Psalmus 110.

**C**ONFITEBOR tibi Dómine in toto  
corde meo: \* in consilio ju-  
storum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini: \* exqui-  
sita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificéntia opus  
ejus: \* et justitia ejus manet in  
saeculum saeculi.

Memóriam fecit mirabilium suo-  
rum, † miséricors et miserátor  
Dóminus: \* escam dedit timén-  
tibus se.

Memor erit in saeculum testa-  
ménti sui: \* virtutem óperum suo-  
rum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis haereditatem gén-  
tium: \* ópera mánuum ejus vé-  
ritas et judícium.

Fidélia ómnia mandata ejus: †  
confirmata in saeculum saecu-  
li: \* facta in veritate et aequi-  
tate.

Redemptiónem misit pópulo  
suo: \* mandavit in aeternum te-  
staméntum suum.

Sanctum et terribile nomen  
ejus: \* initium sapiéntiae timor  
Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus fa-  
ciéntibus eum: \* laudatio ejus ma-  
net in saeculum saeculi.

3. Ant.

I. a 3

Vos amí-ci me- i estis, \* si fe-cé-ri- tis quae praeci-pi- o  
vo-bis, di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

## Psalmus 111.

**B**EATUS vir qui timet Dómi-num: \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: \* generatio rectórum benedicétur.

Glória et divítiae in domo ejus: \* et justítia ejus manet in saeculum saeculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis: \* miséricors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermó-

nes suos in judício: \* quia in aetérnum non commovébitur.

In memória aetérna erit justus: \* ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum est cor ejus: \* non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

Dispérsit, dedit paupéribus: † justítia ejus manet in saeculum saeculi: \* cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet: \* desidérium peccatórum períbit.

4. Ant.

I. f

E- A- TI pa-cí-fi-ci, \* be- á- ti mundo corde: quó-ni- am  
i-psi De-um vi-débunt. E u o u a e.

## Psalmus 112.

**L**AUDATE púeri Dóminum: \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, \* et super coelos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus no-ster, qui in altis hábitat, \* et humí- lia réspicit in coelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, \* et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in do-mo, \* matrem filiórum laetántem.

5. Ant.  
I. g

I N pa-ti-énti-a vestra \* possi-dé-bi-tis á-nimas vestras.

E u o u a e.

Psalmus 116.

**L**AUDATE Dóminum omnes gen-tes: \* laudáte eum omnes pó-puli:

Quóniam confirmáta est su-per nos misericórdia ejus: \* et véritas Dómini manet in aetér-num.

CAPITULUM.

*Ephes. 2. d.*

**F**RATRES: Jam non estis hóspites et ádvenae: † sed estis cives sanctórum et doméstici Dei: superaedicáti super fundaméntum Apostolórum et Prophetárum, \* ipso summo angulári lápide Christo Jesu. R. Deo grátias.

Hymnus.

IV.


**E**XSULTET orbis gáudi-is, Coelum re-súltet láudibus: Apo-  
sto-ló-rum gló-ri-am Tellus et astra cónci-nunt. 2. Vos saecu-  
ló-rum jú-di-ces, Et ve-ra mundi lúmi-na: Vo-tis pre-cá-mur  
córdi-um, Audí-te vo-ces súppli-cum. 3. Qui templa coe-li cláu-  
di-tis, Se-rásque verbo sólvi-tis: Nos a-re-á-tu nó-xi-os  
Sólvi jubé-te, quae-sumus. 4. Praecépta quo-rum pró-ti-nus Lan-



guor sa-lúsque sénti-unt: Saná-te mentes lánguidas, Augé-te  
 nos vir-tú-ti-bus. 5. Ut cum red-í-bit árbi-ter In fi-ne Chri-  
 stus saécu-li, Nos sempi-tér-ni gáudi-i Concédát esse cóm-  
 po-tes. 6. Patri simúlque Fí-li-o, Ti-bíque Sancte Spí-ri-tus,  
 Sic-ut fu-it, sit jú-gi-ter Saeculum per omne gló-ri-a. A-men.

## Alter Tonus.

I.



**E**X-SULTET orbis gáudi-is, Coe-lum re-súltet láudi-bus:  
 Aposto-ló-rum gló-ri-am Tellus et a-stra cóncinunt.

2. Vos saecu-ló-rum jú-di-ces, Et ve-ra mundi lúmi-na:  
 Vo-tis pre-cámur córdi-um, Audí-te vo-ces súpli-  
 cum. 3. Qui templa coe-li cláudi-tis, Se-rásque verbo sól-


vi- tis: Nos a re-á- tu nó-xi- os Solvi ju- bé- te,  
 quaésumus. 4. Prae-cépta quorum pró-ti-nus Languor sa-lús-  
 que sénti- unt, Saná-te mentes lánguidas, Augé-te nos  
 vir- tú-ti-bus. 5. Ut cum red-í-bit árbi- ter In fi- ne Chri-  
 stus saécu- li, Nos sempi- téрни gáudi- i Concé-dat  
 es- se cómpo- tes. 6. Pa- tri, si- múlque Fí- li- o, Ti- bí-  
 que Sancte Spí- ri- tus, Sic-ut fu- it, sit júgi- ter Saeculum  
 per o- mne gló- ri- a. A- men.

ψ. In omnem terram exívit sonus eórum.

Ϟ. Et in fines orbis terrae verba eórum.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

**T** RADENT e- nim vos \* in concí- li- is, et in synagó- gis su-



is flagel-lábunt vos, et ante reges et praési-des du-cémi- ni  
 pro- pter me, in testimó-ni- um il- lis et génti- bus.


E u o u a e.

*Oratio propria.***AD LAUDES, et per Horas.**

*Antiphona. Hoc est praeceptum meum, cum reliquis ut in I. Vesperis. Psalmi de Dominica. Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.*

ŷ. Annuntiavérunt ópera Dei.

R̄. Et facta ejus intellexérunt.

**Ad Benedictus, Antiphona.**



**V** os qui re-liquístis ómni- a, \* et se-cú-ti estis me:  
 céntuplum acci-pi- é- tis, et vi- tam ae-térnam possi-dé-bi-tis.

E u o u a e.

*Ad Horas, Antiphonae de Laudibus, quarta praetermissa; quod etiam servatur in aliis Officiis, quando non assignantur propriae.*

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Fratres: Jam non estis, ut supra in I. Vesperis, [4].*



**I** N omnem terram \* Exí-vit sonus e-órum. ŷ. Et in fi-nes



orbis terrae verba e-órum. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o,



et Spi-rí-tu- i Sancto.

ŷ. Constítues eos príncipes super omnem terram.

ꝛ. Mémoires erunt nóminis tui Dómine.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.


Act. 5. b.

**P**ER manus autem Apostolórum \* fiébant signa et prodígia multa in plebe.

ꝛ. br.



**C**ONSTI-TU-ES e- os prínci-pes \* Super o-mnem terram. ŷ. Mé-



mo-res e-runt nómi-nis tu- i Dómi-ne. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Nímis honoráti sunt amíci tui Deus.

ꝛ. Nímis confortátus est principátus eórum.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.


Act. 5. c.

**I**BANT Apóstoli gaudéntes a conspéctu concílii, \* quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

ꝛ. br.



**N**I-MIS hono-rá-ti sunt \* Amí-ci tu- i De-us. ŷ. Nímis




confortá-tus est princi-pá-tus e- órum. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Annuntiavérunt ópera Dei.


ꝛ. Et facta ejus intellexérunt.




## IN II. VESPERIS.




**J** URA-VIT Dómi-nus, \* et non pae-ni-té-bit e-um: Tu es




sa-cérdos in ae-térnum. E u o u a e. *Ps. Dixit Dóminus.* [1].




**C** OLLO-CET e-um Dómi-nus \* cum princí-pibus pópu-li su-i.



E u o u a e. *Ps. Laudáte púeri Dóminum.* [3].



**D** I-RU-PISTI, Dómi-ne, \* víncu-la me- a: ti-bi sacri-fi-cá-bo



hósti-am laudis. E u o u a e.

## Psalmus 115.

**C** REDIDI, propter quod locútus sum: \* ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, \* pro ómnibus quae retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: \* et nomen Dómini invocábo.


Vota mea Dómino reddam co-ram omni pópulo ejus: \* pretiósa

in conspéctu Dómini mors san-ctórum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, et filius ancíllae tuae.

Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam laudis, \* et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: \* in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

4. Ant.  
VIII. c

**E** - UNTES i- bant \* et flebant, mitténtes sémi-na su- a.

E u o u a e.

Psalmus 125.

**I**N converténdo Dóminus capti-  
vitátem Sion: \* facti sumus  
sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os  
nostrum: \* et lingua nostra exsul-  
tatióne.

Tunc dicent inter gentes: \* Ma-  
gnificávit Dóminus fácere cum  
eis.

Magnificávit Dóminus fácere


nobíscum: \* facti sumus lae-  
tántes.

Convérte Dómine captivitátem  
nostram, \* sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, \* in  
exsultatióne metent.

Eúntes ibant et flebant, \* mit-  
téntes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum  
exsultatióne, \* portántes manípu-  
los suos.

5. Ant.  
VII. c 2

**C** ONFORTA- TUS est \*princi-pá- tus e- ó- rum, et hono-

rá-ti sunt amí-ci tu- i De- us.

E u o u a e.

Psalmus 138.

**D**OMINE, probásti me, et cogno-  
vísti me: \* tu cognovísti ses-  
sióne meam et resurrectióne  
meam.

Intellexísti cogitatióne meas de  
longe: \* sémitam meam et funí-  
culum meum investigásti.

Et omnes vias meas praevidí-  
sti: \* quia non est sermo in lin-  
gua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti óm-

nia novíssima et antíqua: \* tu for-  
másti me, et posuísti super me  
manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua  
ex me: \* confortáta est, et non  
pótero ad eam.

Quo ibo a spírítu tuo? \* et quo  
a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in coelum, tu illic  
es: \* si descéndero in inférnum,  
ades.

Si sumpsero pennas meas di-

lúculo, \* et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: \* et tenébit me délixera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebrae conculcábunt me: \* et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebrae non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur: \* sicut ténebrae ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos: \* suscepísti me de útero matris meae.

Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es: † mirabilia ópera tua, \* et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti in occúlto: \* et substántia mea in inferiórius terrae.


Imperféctum meum vidérunt

*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, [4].*


ŷ. Annuntiavérunt ópera Dei.

ŕ. Et facta ejus intellexérunt.


*Ad Magnificat, Antiphona.*



**E**-STOTE fortes in bello, \* et pugná-te cum an-tíquo ser-



pente: et ac-ci-pi-é-tis regnum ae-térnum, † alle-lú-ia.



*Post Septuag.* † dí-cit Dómi-nus. E u o u a e.

óculi tui, † et in libro tuo omnes scribéntur: \* dies formabúntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus: \* nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: \* exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatóres: \* viri sánguinum declináte a me:

Quia dicitis in cogitátione: \* accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? \* et super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos: \* et inimíci facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum: \* intérroga me, et cognóscite sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in me est: \* et deduc me in via aetérna.

# Commune Unius Martyris

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

## IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.*

CAPITULUM.

*Jac. 1. b.*


**B**EATUS vir qui suffert tentationem: † quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, \* quam repromisit Deus diligentibus se.

### Hymnus.


VIII.



**D**E- US tu-ó-rum mí- lí-tum Sors et coró-na, praémi-um:  
 Laudes ca-néntes Már-ty-ris, Absólve ne-xu crími-nis. 2. Hic  
 nempe mundi gáudi-a, Et blanda fraudum pábu-la Imbú-ta  
 fel-le dé-pu-tans, Pervé-nit ad coe-lésti-a. 3. Poenas cu-cúrrit  
 fór-ti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter: Fundénsque pro te sán-  
 guinem, Æté-rna do-na póssi-det. 4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci  
 Te pò-scimus, pi- íssime: In hoc tri- úmpho Már-ty-ris,



Dimít-te no-xam sérvu-lis. 5. Laus et per-énis gló-ri-a Patri



sit, atque Fí-li-o, Sancto si-mul Pa-rá-cli-to, In sempí-




tér-na saécu-la. A-men.

## Alter Tonus.

III.



**D**E-US tu-ó-rum mí-li-tum Sors et coró-na, praé-mi-um:



Laudes canétes Márti-ris, Absólve ne-xu crí-mi-nis.

Hic nempe mundi gáudia,  
Et blanda fraudum pábula  
Imbúta felle députans,  
Pervénit ad coeléstia.

Poenas cucúrrit fórtiter,  
Et sústulit viríliter:  
Fundénsque pro te sánguinem,  
Æténa dona póssidet.

Ob hoc precátu súplici  
Te póscimus, piíssime:  
In hoc triúmpho Márti-ris,  
Dimítte noxam sérvulis.

Laus et perénis glória  
Patri sit, atque Filio,  
Sancto simul Paráclito,  
In sempitérna saécula. Amen.

ψ. Glória et honóre coronásti eum, Dómine.


ϙ. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

## Ad Magnificat, Antiphona.


VIII. G



**I**-STE Sanctus \* pro le-ge De-i su-i certá-vit usque ad



mortem, et a verbis impi- ó-rum non tímu- it: fundá-tus e-nim




e- rat supra firmam petram. E u o u a e.


*Orationes ut infra ad Laudes.*

### AD LAUDES, et per Horas.

1. Ant.  
I. f




**Q** ui me conféssus fú- e-rit \* co- ram homí- ni- bus, confi- tébor




et ego e- um co- ram Patre me- o. E u o u a e.

2. Ant.  
III. a



**Q** ui séqui- tur me, \* non ámbu- lat in té- nebris: sed ha-



bé- bit lumen vitæ, di- cit Dómi- nus. E u o u a e.

3. Ant.  
I. f




**Q** ui mi- hi mi- nístrat, \* me sequá- tur: et u- bi ego sum,



il- lic sit et mi- níster me- us. E u o u a e.

4. Ant.  
I. f




**S** i quis mi- hi mi- nistrá- ve- rit, \* hono- ri- fi- cá- bit e- um Pa- ter



5. Ant.

I. a 2




CAPITULUM.

*Jac. 1. b.*

**B**EATUS vir qui suffert tentatióem: † quóniam cum probátus fúerit,  
accípiet corónam vitae, \* quam repromísit Deus diligéntibus se.

## Hymnus.



tri-úmphas hósti-bus, Victor fru-ens coe-lésti-bus.


Tui precátus múnere  
Nostrum reátum dílué,  
Arcens mali contágium,  
Vitae repéllens taédium.

Solúta sunt jam víncula  
Tui sacráti córporis:

Nos solve vinclis saéculi,  
Dono supérni Núminis.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

## Alter Tonus.



ctis tri-úmphas hósti-bus, Victor fru-ens coe-lé-sti-bus.


(Vel etiam in tono supra posito ad Vesperas).

ŷ. Justus ut palma florébit.


ꝛ. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

III. a



QUI o- dit \* á-nimam su- am in hoc mundo, in vi- tam



ae- tér- nam custó- dit e- am. E u o u a e.

*Pro Martyre et Pontifice.*

*Oratio.*

**I**NFIRMITATEM nostram réspice, omnípotens Deus: † et quia pondus própriae actiónis gravat, \* beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**D**EUS, qui nos beáti *N.* Mártiris tui atque Pontíficis ánnua solemnitate laetíficas: † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, \* de ejúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum.

*Pro Martyre tantum.*

*Oratio.*

**P**RAESTA, quaésumus omnípotens Deus: † ut qui beáti *N.* Mártiris tui natalítia cólimus, \* intercessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**P**RAESTA, quaésumus omnípotens Deus: † ut intercedénte beáto *N.* Mártire tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in córpore, \* et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum.


*Ad Tertiam.*

*Capitulum.* Beátus vir qui suffert, *ut supra ad Laudes.*

ꝛ. br.



GLORI- A et honó- re \* Coro- násti e- um, Dómi- ne. ŷ. Et



consti- tu- ísti e- um super ópe- ra mánu- um tu- á- rum. Gló- ri- a





Patri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto.

ψ. Posuísti Dómine super caput ejus.


ꝛ. Corónam de lápide pretiósó.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Eccli. 15.*

**C**IBAVIT illum pane vitæ et intelléctus, † et aqua sapiéntiæ salu-  
táris \* potávit illum Dóminus Deus noster.



**P**OSU-ISTI Dómi-ne \* Super ca-put e-jus. ψ. Co-rónam de



lá-pi-de pre-ti-ósó. Gló-ri-a Patri.

ψ. Magna est glória ejus in salutári tuo.

ꝛ. Glóriam et magnum decórem impónes super eum.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Eccli. 39.*

**J**USTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum,  
qui fecit illum, \* et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.



**M**AGNA est gló-ri-a e-jus \* In sa-lu-tá-ri tu-o. ψ. Gló-



ri-am et magnum decórem impónes super e-um. Gló-ri-a Patri.

ψ. Justus ut palma florébit.

ꝛ. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

## IN II. VESPERIS.


*Antiphonæ et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum, sed loco ultimi, Ps. 115. Crédidi. [9].*

*Hymnus. Deus tuórum militum. [12].*


ψ. Justus ut palma florébit. ꝛ. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

## Ad Magnificat, Antiphona.

*i. f*



**Q**UI vult ve-ní-re post me, \* ábne-get semet-ípsum, et tollat  
 cru-cem su- am, et sequá-tur me. E u o u a e.



COMMUNE  
 Apostolorum et Evangelistarum  
 Unius et Plurimorum Martyrum  
 TEMPORE PASCHALI.

## IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.*

CAPITULUM.

Sap. 5.

**S**TABUNT justí in magna constántia † advérsus eos qui se angustia-  
 vérunť, \* et qui abstulérunť labóres eórum.

Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.

*III.*




**T**RI-STES e-rant A-pósto- li De Christi a-cérbo fú-ne-re,  
 Quem morte cru- de- líssima Servi ne-cá- rant ím- pi- i.  
 2. Sermó- ne ve-rax Ange- lus Mu- lí- é-ri-bus praedí- xe-rat:  
 Mox o-re Chri- stus gáudi- um Gre-gi fe-ret fi-dé- li- um.






3. Ad ánxi-os A-pósto-los Cur-runt sta-tim dum nún-ti-ae,




Il-lae mi-cán-tis óbvi-a Christi te-nent vestí-gi-a.




4. Ga-lí-laé-ae ad al-ta mónti-um Se cónfe-runt Apósto-li,




Je-súque, vo-ti cómpo-tes, Almo be-án-tur lú-mi-ne.



5. Ut sis per-énne ménti-bus Paschá-le Je-su gáudi-um, A



morte di-ra críminum Vi-tae rená-tos lí-be-ra. 6. De-o



Patri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Surré-xit,



ac Pa-rácli-to, In sempí-tér-na saé-cu-la. A-men.

*Sic terminantur omnes Hymni ejusdem metri (nisi aliter notetur), usque ad Ascensionem. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, pro doxologia dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis, Cum Patre et almo Spiritu, In sempiterna saecula. Amen.*

*In tono supra posito vel in alio infra descripto 2º loco pro Uno Martyre, [21], cantantur omnes Hymni ejusdem metri in Officio SS. Martyrum, Confessorum, Virginum et non Virginum, ad Laudes et Vesperas, usque ad Pentecosten, nisi aliter notetur.*

## Pro uno Martyre, Hymnus.

III.

**D**E US tu-ó-rum mí-li-tum Sors et coróna, praémi-um:  
 Laudes ca-nén-tes Márty-ris, Absólve ne-xu crí-mi-nis.

2. Hic nempe mundi gáudi-a, Et blanda fraudum pá-bu-la  
 Imbú-ta fel-le dépu-tans, Pervénit ad coe-lé-sti-a.

3. Poe-nas cu-cúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter: Fun-  
 dénsque pro te sánguinem, Æ-térna do-na pós-si-det.

4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci Te póscimus pi-ís-sime:  
 In hoc tri-úm-pho Márty-ris, Dimít-te no-xam sér-vu-lis.

5. De-o Patri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mór-tu is  
 Sur-ré-xit, ac Pa-rá-clí-to, In sempi-tér-na saé-cu-la. Amen.

## Item pro Uno Martyre, alter Tonus.

IV.

**D**E- US tu- ó- rum mí- li- tum Sors et co- róna, praémi- um:  
 Laudes ca- nén- tes Már- ty- ris, Absólve ne- xu crími- nis. 2. Hic  
 nempe mun- di gáudi- a, Et blanda fraudum pábu- la Imbú- ta  
 fel- le dé- pu- tans, Pervé- nit ad coe- lésti- a. 3. Poe- nas cu-  
 cúr- rit fórti- ter, Et sústu- lit vi- rí- li- ter: Fundénsque pro te  
 sánguinem, Æ- térna do- na póssi- det. 4. Ob hoc pre- cá- tu súp-  
 pli- ci Te pósci- mus, pi- íssime: In hoc tri- úmpho Már- ty- ris,  
 Dí- mít- te no- xam sérvu- lis. 5. De- o Pa- tri sit gló- ri- a, Et  
 Fí- li- o, qui a mórtu- is Surré- xit, ac Pa- rá- cli- to, In sem-  
 pi- térna saécu- la. A- men.

## Pro Pluribus Martyribus, Hymnus.

III.

**R** ex glo-ri-ó-se Mártý-rum, Co-róna confi-ténti-um,

Qui respu-én-tes tér-re-a Per-dú-cis ad coe-lé- sti- a:

Aurem benígnam prótinus  
Inténde nostris vócbis:  
Trophaéa sacra pángimus,  
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis inter Mártýres,  
Parcísque Confessóribus:

Tu vince nostra crímina,  
Largítor indulgéntiae.

Deo Patri sit glória,  
Et Fílio, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sempitérna saécula. Amen.

## Alter Tonus.

IV.

**R** ex glo-ri-ó- se Mártý-rum, Co-róna confi-ténti-um, Qui

respu-én- tes tér-re- a Per-dú-cis ad coe-lésti- a:

ψ. Sancti et justí in Dómino gaudéte, allelúia.

℞. Vos elégit Deus in haereditátem sibi, allelúia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**L** ux perpé-tu-a \* lu-cébit Sanctis tu- is, Dómi-ne:

et ae- térni- tas témpo-rum, al-le- lú-ia. E u o u a e.

*Oratio propria vel de Communi extra Tempus Paschale.*

## AD LAUDES, et per Horas.

1. Ant.

VIII. G

S

ANCTI tu-i \* Dómi-ne flo-rébunt sic-ut lí-li-um, al-le-

lú-ia: et sic-ut odor bálsami e-runt ante te, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

2. Ant.

VII. a

I

N coe-lésti-bus regnis \* Sanctó-rum ha-bi-tá-ti-o est, alle-

lú-ia: et in ae-térnum réqui-es e-ó-rum, al-le-lú-ia.

E u o u a e.

3. Ant.

II. D

I

N ve-laménto \* clamá-bant Sancti tu-i, Dómi-ne: al-le-

lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.

VIII. G\*

S

PI-RI-TUS \* et á-nimae justó-rum, hymnum dí-ci-te De-o



nostro, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.

II. D



F ULGEBUNT justi \* sic- ut sol in conspéctu De- i,




al-le- lú-ia. E u o u a e.

CAPITULUM.

Sap. 5.

S TABUNT justí in magna constántia † advérsus eos qui se angustia-  
vérunt, \* et qui abstulérunt labóres eórum.

Pro Apostolis et Evangelistis, Hymnus.



P ASCHA-LE mundo gáudi- um Sol núnti- at formó- si- or,



Cum lu-ce ful- gén-tem no-va Je-sum vi- dent A- pó- sto- li.

In carne Christi vúlnera  
Micáre tamquam sídera  
Mirántur, et quidquid vident  
Testes fidéles praédicant.

Rex Christe clementíssime,  
Tu corda nostra pósside:  
Ut lingua grates débitas  
Tuo repéndat nómini.

Ut sis perénne méntibus  
Paschále Jesu gáudium,  
A morte dira críminum  
Vitae renátos libera.

Deo Patri sit glória,  
Et Fílio, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sempitérna saécula.

Pro uno Martyre, Hymnus.



I N- VI-CTE Martyr, ú- ni- cum Pa- tris se- cú- tus Fí- li- um,





Vi-ctis tri- úmphas hóstibus, Victor fru-ens coe-lé- sti-bus.


Tui precátus múnere,  
Nostrum reátum dílué,  
Arcens mali contágium,  
Vitae repéllens taédium.

Nos solve vinclis saéculi,  
Dono supérni Núminis.

Deo Patri sit glória,  
Et Fílio, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In sempitérna saécula. Amen.

Solúta sunt jam víncula  
Tui sacráti córporis:

Item pro Uno Martyre, alter Tonus.



IV. I N- VICTE Mar- tyr, ú-ni-cum Patris se-cú-tus Fí- li- um, Vi-


ctis tri- úmphas hó-sti-bus, Vi-ctor fru-ens coe- lésti-bus.

Pro Pluribus Martyribus, Hymnus. Rex glorióse, ut in I. Vesperis, [22].

ŷ. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúia.

ꝛ. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.



I. D 2 F I-LI-AE Je-rú-sa-lem, \* ve-ní-te, et vi-dé-te Márti-res

cum co-ró-nis quibus coro-ná-vit e-os Dóminus in di-

e so-lemni-tá-tis et lae-tí-ti-ae, al-le- lú-ia, al-le- lú-ia.

E u o u a e.

*Oratio propria, vel de Communi extra Tempus Paschale.*

*Ad Horas, Hymni cantantur in tono Paschali, 387. Ab Ascensione autem ad Pentecosten, cantantur in tono Salútis humanae, 410. et in fine dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis.*

### Ad Tertiam.

*Capitulum. Stabunt justí, ut supra ad Laudes.*

R. br. 

**S** ANCTI et justí in Dómi-no gaudé-te: \* Alle-lú-ia, al-le-  
  
 lú-ia. *ŷ.* Vos e-lé-git De-us in haere-di-tá-tem si-bi. Gló-ri-a  
  
 Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.  


Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

*ŷ.* Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine, allelúia.


*ŕ.* Et aetérnitas témporum, allelúia.



### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Sap. 5.*

**E**CCE quómodo computáti sunt inter fílios Dei, \* et inter Sanctos sors illórum est.

R. br. 

**L** UX perpé-tu-a lu-cé-bit Sanctis tu-is Dómi-ne: \* Alle-lú-ia,  
  
 alle-lú-ia. *ŷ.* Et ae-térni-tas témporum. Gló-ri-a Patri.  


alle-lú-ia. *ŷ.* Et ae-térni-tas témporum. Gló-ri-a Patri.

*ŷ.* Laetítia sempitérna super cápita eórum, allelúia.

*ŕ.* Gáudium et exsultatiónem obtinébunt, allelúia.


### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Rom. 8. e.*

**S** CIMUS quóniam diligéntibus Deum † ómnia cooperántur in bonum, \*  
 iis qui secúndum propósitum vocáti sunt sancti.

℞. br.



**L** AETI-TI- A sempi-térna super cá-pi-ta e-ó-rum.\* Alle-lú-ia,  
 alle-lú-ia. √. Gáudi-um et exsulta-ti-ónem obti-né-bunt. Gló-  
 ri- a Patri.

√. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúia.

℞. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus.*

*Pro Apostolis et Evangelistis, Psalmi ut in II. Vesperis Apostolorum, [9].*

*Pro uno vel pluribus Martyribus, Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum, [1], sed loco ultimi, Ps. Crédidi. [9].*


*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.*

√. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúia.

℞. Mors Sanctórum ejus, allelúia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

VIII. G



**S** AN-CTI et justi \* in Dómi-no gaudé-te, alle-lú-ia: vos  
 e-lé-gít De-us in haere-di-tá-tem si-bi, alle-lú-ia. E u o u a e.

*In Communi Confessorum, Virginum et Non Virginum, et Dedicacionis Ecclesiae, et in Festis B. M. V. Tempore Paschali, Officium fit ut notatur inferius pro aliis temporibus; sed in fine ad Antiphonas, √. et ℞. additur unum Allelúia ubi jam non est. In ℞. brevibus adduntur duo Allelúia.*

# Commune Plurimorum Martyrum

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

## IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum.*

CAPITULUM.


Sap. 3.

**J**USTORUM animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. † Visi sunt oculis insipientium mori: \* illi autem sunt in pace.

### Hymnus.

II.

**S**ANCTORUM mé-ri-tis ín-cly-ta gáudi-a Pangámus, só-ci-i,  
 gé-staque fórti-a: Gliscens fert á-nimus pró-me-re cánti-bus  
 Victó-rum genus ópti-mum. 2. Hi sunt quos fá-tu-e mundus ab-  
 hórru-it: Hunc fructu vá-cu-um, fló-ri-bus á-ri-dum, Contem-  
 psé-re tu-i nó-mi-nis ásseclae, Je-su Rex bone coé-li-tum.  
 3. Hi pro te fú-ri-as atque mi-nas tru-ces Calcá-runt hó-mi-num,  
 saé-vaque vér-be-ra: His cessit lá-ce-rans fórti-ter úngu-la, Nec




carpsit penetrá-li- a. 4. Caedúntur glá-di-is mo-re bidénti- um:



Non murmur ré-sonat, non querimó-ni- a: Sed corde impá-



vi-do mens bene cónsci- a Consérvat pa-ti-énti- am. 5. Quae



vox, quae pó-te-rit lingua re-té-xe-re, Quae tu Mar- tý-ri-bus




múne-ra praépa-ras? Rubri nam flú- i-do sánguine fúlgi- dis




Cingunt témpo-ra láure- is. 6. Te summa o Dé- i- tas, únaque



pósci-mus, Ut culpas áb-i-gas, nóxi- a súbtra-has: Des pa-cem



fámu-lis, ut ti-bi gló-ri- am Annórum in sé-ri- em ca- nant.



A-men.

Alter Tonus.



III. S ANCTORUM mé-ri-tis ín-cly-ta gáudi- a Pangámus, só-ci- i,




géstaque fórti- a: Gli-scens fert á-nimus próme-re cánti-bus



Victó-rum ge-nus ó-ptimum. 2. Hi sunt quos fá-tu-e mundus



abhórru-it: Hunc fructu vá-cu-um, fló-ri-bus á-ri-dum, Contempsé-




re tu-i nó-mi-nis ásseclae, Jesu Rex bo-ne coé-li-tum. 3. Hi pro




te fú-ri-as atque mi-nas truces Calcá-runt hó-minum, saévaque



vérbe-ra: His cessit lá-ce-rans fórti-ter úngu-la, Nec carpsit




pe-ne-trá-li-a. 4. Caedúntur gládi-is mo-re bi-dénti-um: Non mur-




mur ré-sonat, non que-rimóni-a: Sed corde impá-vi-do mens be-




ne cónsci-a Consérvat pa-ti-én-ti-am. 5. Quae vox, quae pó-




te-rit língua re-téxere, Quae tu Martí-ri-bus múne-ra praépa-ras?




Rubri nam flú-i-do sángine fúlgi-dis Cingunt tém-po-ra láu-



re-is. 6. Te summa o Dé-i-tas, únaque póscimus, Ut culpas



áb-i-gas, nó-xi-a súbtrahas: Des pa-cem fámu-lis, ut ti-bi gló-



ri-am Annó-rum in sé-ri-em canant. A-men.


ŷ. Laetámini in Dómino, et exsultáte justí.

ꝛ. Et gloriámini omnes recti corde.

*Ad Magnificat, Antiphona.*



I -STORUM est e-nim \* regnum coe-ló-rum, qui contempsérunt




vi-tam mundi, et pervené-runt ad praémi-a regni, et la-



vérunt sto-las su- as in sán- guine Agni. E u o u a e.

*Orationes ut infra ad Laudes.*

**AD LAUDES, et per Horas.**



O

-MNES Sancti \* quanta passi sunt tormén-ta, ut se-




cú-ri perve-ní-rent ad palmam martý-ri-i! E u o u a e.



**C**UM palma \* ad regna pervené-runt Sancti: co-ró- nas




decó-ris me-ru-érunt de ma-nu De-i. E u o u a e.




**C**ORPO-RA Sanctó-rum \* in pa-ce sepúl-ta sunt: et vivent



nó-mi-na e-ó-rum in ae-térnum. E u o u a e.




**M**ARTY-RES Dó-mi-ni, \* Dó-minum bene-dí-ci-te in ae-térnum.



E u o u a e.



**M**ARTYRUM cho-rus, \* laudá-te Dó-mi-num in excélsis.



E u o u a e.

CAPITULUM.


Sap. 3.

**J**USTORUM ánima e in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. † Visi sunt óculis insipiéntium mori: \* illi autem sunt in pace.



## Hymnus.

iv.



respu-éntes tér-re-a Perdú-cis ad coe-lésti-a:

Aurem benígnam prótinus  
Inténde nostris vóci-bus:  
Trophaéa sacra pángimus:  
Ignósce quod delíquimus.


Tu vincis inter Márt-yres,  
Parcísque Confessóribus:

Tu vince nostra crímina,  
Largítor indulgéntiae.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

## Alter Tonus.

viii.




Qui respu-éntes tér-re-a Perdú-cis ad coe-lésti-a:

ŷ. Exsultábunt Sancti in glória.

ŕ. Laetabúntur in cubílibus suis.

## Ad Benedictus, Antiphona.

v. a



timé-re: multis passé-ri-bus me-li-ó-res estis vos. E u o u a e.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus.

Oratio.

**B**EATORUM Márt-yrum paritérque Pontíficum *N.* et *N.* nos, quaésu-  
mus Dómine, festa tueántur: \* et eórum commédet orátio vene-  
ránda. Per Dóminum.

**Si non fuerint Pontifices.**

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum *N. et N.* natalítia cólere: † da nobis in aetérna beatitúdine \* de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

*Alia Oratio.*

**D**EUS, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum *N. et N.* solemnitáte laetíficas: † concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, \* accendámur exémpis. Per Dóminum nostrum.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Justórum ánimae, ut supra ad Laudes.*

℞. br.

**L**AETA-MI-NI in Dómi-no, \* Et exsul-tá- te justi. ♯. Et glo-

ri-ámi-ni omnes recti corde. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o,

et Spi-rí-tu- i Sancto.

♯. Exsúltent justí in conspéctu Dei.

℞. Et delecténtur in laetítia.

**Ad Sextam.**

*CAPITULUM.*

*Sap. 10. d.*

**R**EDDIDIT Deus mercédem labórum Sanctórum suórum, † et dedúxit illos in via mirábili: et fuit illis in velaménto diéi, \* et in luce stellárum nocte.

℞. br.

**E**XSULTENT justí \* In conspé- ctu De- i. ♯. Et de-lecténtur

in lae-tí-ti- a. Gló-ri- a Patri.

♯. Justí autem in perpétuum vivent.

℞. Et apud Dóminum est merces eórum.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Sap. 3. b.

FULGEBUNT justi, et tamquam scintillae in arundineto discurrent. †  
Judicabunt nationes, et dominabuntur populis: \* et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

♩. br.

J USTI autem \* In perpé- tu- um vi- vent. ŷ. Et apud Dó-

mi-num est merces e- ó-rum. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Exsultábunt Sancti in glória.

♩. Laetabúntur in cubílibus suis.

## IN II. VESPERIS.

1. Ant.

II. D

I -STI sunt Sancti \* qui pro testaméto De- i su- a cór-  
po- ra tra- di- dé- runt, et in sán- gui- ne Agni la- vé- runt sto- las  
su- as. E u o u a e.

su- as. E u o u a e.

*Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum, sed loco ultimi, Ps. Crédi-  
didi. [9].*


2. Ant.


II. D

S ANCTI per fi- dem \* vi- cé- runt regna: ope- rá- ti sunt justí-  
ti- am, ad- é- pti sunt promís- si- ónes. E u o u a e.


ti- am, ad- é- pti sunt promís- si- ónes. E u o u a e.




3. Ant.  
VIII. G




**S** ANCTORUM \* vel-ut áquilae juvéntus renová-bi-tur: flo-ré-  

 bunt sic-ut lí-li-um in ci-vi-tá-te Dómi-ni. E u o u a e.


4. Ant.  
VII. a



**A** BSTERGET De- us \* omnem lácri- mam ab ó-cu-lis San-  

 ctó-rum: et jam non e-rit ámpli- us neque luctus, neque cla-  

 mor, sed nec ullus do-lor: quóni- am pri- ó- ra transi- é-runt.  

 E u o u a e.

5. Ant.  
VIII. G



**I** N coe-lésti-bus regnis \* Sanctó-rum ha-bi- tá-ti- o est, et  

 in ae-tér-num réqui- es e- ó-rum. E u o u a e.


*Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis.*

ψ. Exsultábunt Sancti in glória.


ϣ. Laetabúntur in cubílibus suis.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

VI. F



**G** AUDENT in coe- lis \* ánimae Sanctó-rum, qui Chri-sti ve-



stí-gi-a sunt se-cú-ti: et qui-a pro e-jus amó-re sán-  
 guinem su-um fu-dé-runt, íd-e-o cum Chri-sto exsúltant si-  
 ne fi-ne. E u o u a e.

## Commune Confessoris Pontificis.

### IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.*


CAPITULUM.

*Eccli. 44. c.*

**E**CCĒ SACĒRDOT MAGNUS, † QUI IN DIĒBUS SUIS PLĀCUIT DEO, ET INVĒNTUS  
 EST JUSTUS: \* ET IN TĒMPORE IRACÚNDIAE FACTUS EST RECONCILIATIO.

Hymnus. (Tonus 1)

VIII.



**I**-STE CONFĒSSOR DÓMI-NI, CO-LĒN-TES QUEM PI-E LAUDANT  
 PÓPU-LI PER ORBEM, HAC DI-E LAE-TUS MÉ-RU-IT BE-Á-TAS SCÁN-  
*Si non est dies obitus*<sup>1</sup>: MÉ-RU-IT SUPRĒMOS LAU-  
 de-re sedes.  
 dis ho-nó-res.

<sup>1</sup> *Quod indicant in Proprio litterae m. t. v.*

Qui pius, prudens, hūmilis, pu-  
[dīcus,  
Sóbriam duxit sine labe vitam,  
Donec hūmānos animāvit aurae  
Spīritus artus.

Cujus ob praestans méritum  
[frequēter,  
Ægra quae passim jacuere membra,  
Vīribus morbi dōmitis, salūti  
Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obse-  
[quētem  
Cōncinit laudem celebrésque pal-  
[mas,

Ut piis ejus prēcibus juvémur  
Omne per aevum.

Sit salus illi, decus atque virtus,  
Qui super coeli sólio corúscans,  
Tótius mundi sériem gubernat,  
Trinus et unus. Amen.

## Alius Tonus. (2)

VIII. 

I - STE Confés-sor Dómi-ni, co-léntes Quem pi- e laudant



pópu-li per orbem, Hac di- e lae- tus mé-ru- it be- á- tas Scán-



de-re sedes.

## Alius Tonus. (3)

VIII. 

I - STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi- e laudant




pópu-li per orbem, Hac di- e lae- tus mé-ru- it be- á- tas Scánde-




re sedes.

## Alius Tonus. (4)

I. 

I - STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi- e laudant pó-



pu-li per orbem, Hac di-e lae-tus mé-ru-it be-á-tas Scán-




de-re se-des.


ψ. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.

ϙ. Stolam glóriæ induit eum.


### Ad Magnificat, Antiphona.



**S** A-CERDOS et Pónti-fex, \* et virtú-tum ó-pi-fex, pastor bo-



ne in pó-pu-lo: o-ra pro no-bis Dóminum. *T. P.* Alle-lú-ia.




E u o u a e.

*Pro Doctoribus, Ant.* O Doctor óptime, *ut infra*, [47].

*Orationes ut infra ad Laudes.*

### AD LAUDES, et per Horas.



**E** C-CE sa-cérδος magnus, \* qui in di-ébus su-is plá-cu-it



De-o, et invéntus est justus. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.




**N** ON est invéntus \* sí-mi-lis il-lí, qui conservá-ret legem




Excélsi. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.




**I**D-E-O \* jure-jurádo fe-cit il-lum Dó-mi-nus crésce-re



in plebem su-am. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



**S**A-CERDO-TES De-i, \* bene-dí-ci-te Dómi-num: servi Dó-



mi-ni, hymnum dí-ci-te De-o, † alle-lú-ia. *Post Septuag.* † in ae-



térnum. E u o u a e.



**S**ERVE bo-ne \* et fi-dé-lis, intra in gáudi-um Dómi-




ni tu-i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

CAPITULUM.

*Eccli. 44. c.*

**E**CCE sacérdo magnus, † qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus: \* et in témpore iracúndiae factus est reconciliátio.

Hymnus.



**J**E-SU Redémptor ómni-um, Perpes coróna Praésu-lum, In





hac di- e cleménti- us Indúlge- as pre-cán-ti-bus.

Tui sacri qua nóminis  
Conféssor almus cláruit,  
Hujus celébrat ánnua  
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia  
Hujus cadúca réspuens,  
Æternitátis praémio  
Potítur inter Angelos.

Hujus bénígnus ánnue  
Nobis sequi vestigia:  
Hujus precátu sérvulis  
Dimítte noxam críminis.

Sit, Christe Rex piíssime,  
Tibi Patrique glória,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

Alius Tonus.



J E-SU Redémptor ómni- um, Perpes coró-na Praésu- lum,



In hac di- e cleménti- us Indúlge- as precánti-bus.

Alius Tonus.



J E-SU Redémptor ómni- um, Perpes co-ró- na Praésu-lum,




In hac di- e cleménti- us Indúlge- as pre-cánti-bus.

Tempore Paschali.

*In tono Tristes erant Apóstoli, ut supra, [18], vel ut sequitur:*



J E- SU Red-émptor ómni- um, Perpes co-róna Praésu lum,




In hac di-e cle-mén-ti-us Indúlge-as pre-cánti-bus.

*In fine:*



De-o Patri sit gló-ri-a, Et Fí-li-o, qui a mórtu-is Sur-



ré-xit, ac Pa-rá-cli-to, In sempi-térna saécu-la. A-men.




*Sed ab Ascensione ad Pentecosten:* Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis, Cum Patre et almo Spíritu, In sempiterna saecula. Amen.

ŷ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.

ꝛ. Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

I. D.



U-GE, \* serve bone et fi-dé-lis, qui-a in pauca fu-  
í-sti fi-dé-lis, supra multa te constí-tu-am, di-cit Dó-  
minus. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio.*

**D**A, quaesumus omnipotens Deus: † ut beáti *N.* Confessoris tui atque Pontificis veneranda solémnitas, \* et devotiónem nobis augeat et salútem. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**E**XAUDI, quaesumus Dómine, preces nostras, quas in beáti *N.* Confessoris tui atque Pontificis solemnitáte deférimus: † et qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, \* ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.


## Pro Doctoribus.

## Oratio.


**D**EUS, qui pópulo tuo aetérnae salútis beátum *N.* mínistrum tribuísti: † praesta, quaésumus; ut quem Doctórem vitae habúimus in terris, \* intercessórem habére mereámur in coelis. Per Dóminum nostrum.

## Ad Tertiam.

*Capitulum.* Ecce sacérdos magnus, *ut supra ad Laudes.*

R. br. 

**A**-MA-VIT e-um Dómi-nus, \* Et orná- vit e-um. †. Sto-lam



gló-ri-ae índu- it e-um. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-




rí-tu- i Sancto.


†. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi.

R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

## Tempore Paschali.

R. br. 

**A**-MA-VIT e-um Dómi-nus, et orná-vit e-um: \* Alle- lú- ia,



alle-lú-ia. †. Sto-lam gló-ri-ae índu- it e-um. Gló-ri- a Patri,



et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

†. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi, allelúia.


R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis, allelúia.

## Ad Sextam.


CAPITULUM.

Eccli. 44. c.

**N**ON est invéntus símilis illi, † qui conserváret legem Excélsi: \*  
ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam.

R. br. 

**E**-LE-GIT e-um Dómi-nus \* Sa-cerdó- tem si-bi. †. Ad sa-




cri-fi-cándum e- i hósti- am laudis. Gló-ri- a Patri.


†. Tu es sacérdos in aetérnum.

‡. Secúndum órđinem Melchisedech.

## Tempore Paschali.

R. br. 

**E**-LE-GIT e-um Dómi-nus sa-cerdó-tem si-bi: \* Alle- lú-ia,



alle-lú-ia. †. Ad sacri-fi-cándum e- i hósti- am laudis. Gló-ri- a.

†. Tu es sacérdos in aetérnum, allelúia.


‡. Secúndum órđinem Melchisedech, allelúia.

## Ad Nonam.


CAPITULUM.

Eccli. 45. c.

**F**UNGI sacerdotio, † et habére laudem in nómine ipsíus, \* et offerre  
illi incénsu dignu in odórem suavitátis.

R. br. 

**T**U es sa-cérdos \* In ae-térnum. †. Se-cúndum órđi-nem



Melchí-se-dech. Gló-ri- a Patri.

†. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

‡. Et osténdit illi regnum Dei.

## Tempore Paschali.

♩. br.

**T**u es sa-cérdos in ae-térnum: \* Alle- lú-ia, al-le-lú-ia.

ψ. Secúndum órdi-nem Melchí-sedech. Gló-ri- a Patri.

ψ. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, allelúia.

ϣ. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. Apostol., sed loco ultimi:*

Psalmus 131.

**M**EMENTO Dómine David, \* et omnis mansuetúdinis ejus: Sicut jurávit Dómino, \* votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domus meae, \* si ascéndero in lectum strati mei:

Si dédero somnum óculis meis, \* et pálpebris meis dormitatiónem:

Et réquiem tempóribus meis: donec invéniam locum Dómino, \* tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephrata: \* invénimus eam in campis silvae.

Introíbimus in tabernáculum ejus: \* adorábimus in loco ubi stetérunt pedes ejus.

Surge Dómine in réquiem tuam, \* tu et arca sanctificatiónis tuae.

Sacerdótes tui induántur justítiam: \* et sancti tui exsúltent.

Propter David servum tuum, \* non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, et non frustrábitur eam: \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testaméntum meum, \* et testimónia mea haec, quae docébo eos:

Et filii eórum usque in saéculum, \* sedébunt super sedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion: \* elégit eam in habitatióne sibi.

Haec réquies mea in saéculum saéculi: \* hic habitábo quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam: \* páuperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári: \* et sancti ejus exsultatióne exsultábunt.

Illuc producám cornu David, \* parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne: \* super ipsum autem efflo-rébit sanctificátió mea.

*Capitulum.* Ecce sacérdos. *Hymnus.* Iste Conféssor, *ut in I. Vesperis.*

Ÿ. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

✠. Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

I. D 2



**A** -MA-VIT e- um Dómi-nus, \* et orná- vit e- um: stolam




gló-ri- ae índu- it e- um, et ad portas pa-ra-dí- si co-ro-




ná- vit e- um. T. P. Alle- lú- ia. E u o u a e.

*Sequens Antiphona dicitur ad Magnificat in secundis Vesperis pro solis summis Pontificibus.*

I. f



**D** UM esset summus Pónti-fex, \* ter-ré-na non mé- tu- it:



sed ad coe-lésti- a regna glo-ri- ósus mi-grá- vit. T. P. Alle- lú- ia.



E u o u a e.

**Pro Doctoribus, Antiphona.** O Doctor óptime, *ut infra.*


¶ *Si occurrat celebrari Festum plurimorum Confessorum Pontificum, Officium fit ut supra: sed in Oratione, quae ponuntur in singulari, dicantur in plurali.*

## Pro Doctoribus.

*In Festis Doctorum Officium fit de Confessore Pontifice vel non Pontifice, pro qualitate Sancti.*


*In utrisque Vesperis, ad Magnificat, Antiphona.*

II. D



Doctor óptime, \* Ecclé-si-ae sanctae lu-men, be-  
 á-te N.,\* di-vinae le-gis a-má-tor: depre-cá-re pro no-bis  
 Fí-li-um De-i. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

\* Nomina Doctorum Ecclesiae.



Be-da	Ambró-si	Ber-nárde	Gre-gó-ri
Le-o	An-sélme	Cy-ríl-le	Hi-lá-ri
Pe-tre	Ba-sí-li	Francísce	Jo-ánes
Thoma			
Athaná-si	Hie-rónyme	Bona-ventú-ra	
Augustí-ne			
I-si-dó-re			
Petre	Chry-só-lo-ge	Alphónse Ma-rí-a	
Jo-ánes Chry-sóstome			

*Oratio.* Deus, qui pópulo tuo. [43].

## Commune Confessoris non Pontificis.

## IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis Apostolorum.*

CAPITULUM.

*Eccli. 31.*

**B**EATUS vir qui inventus est sine mácula: † et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. \* Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus. (5)

II.

-STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi-e laudant

pópu-li per orbem, Hac di-e lae-tus mé-ru-it be-á-tas Scán-  
*Si non est dies obitus:* mé-ru-it suprémós Lau-

de- re se-des.  
 dis ho-nó-res.

Qui pius, prudens, húmilis, pu-  
 [dícus,  
 Sóbriam duxit sine labe vitam,  
 Donec humános animávit aurae  
 Spíritus artus.  
 Cujus ob praestans méritum fre-  
 [quéter,  
 Ægra quae passim jacuére mem-  
 [bra,  
 Víribus morbi dómitis, salúti  
 Restituúntur.

Noster hinc illi chorus obse-  
 [quéntem  
 Cóncinit laudem celebrésque pal-  
 [mas,  
 Ut piis ejus précibus juvémur  
 Omne per aevum.  
 Sit salus illi, decus atque vir-  
 [tus,  
 Qui super coeli sólio corúscans,  
 Tótius mundi sériem gubérnat,  
 Trinus et unus. Amen.

Alius Tonus. (6)

I.

- STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi-e laudant





pópu-li per or-bem, Hac di- e lae-tus mé-ru- it be- á-tas



Scán- de- re se-des.

## Alius Tonus. (7)

I.



I -STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi-e laudant



pópu-li per or-bem, Hac di- e lae-tus mé-ru- it be- á- tas



Scán-de-re se-des.

## Alius Tonus. (8)

IV.



I -STE Conféssor Dómi-ni, co-léntes Quem pi-e laudant



pópu-li per orbem, Hac di- e lae-tus mé-ru- it be- á-tas Scán-



de-re sedes.

ψ. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum.


ϙ. Stolum glóriæ índuit eum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D



S I-MI-LABO e- um \* vi-ro sa- pi- énti, qui aedi-fi-cá-vit





domum su-am supra petram. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.


*Orationes ut infra ad Laudes.*

### AD LAUDES, et per Horas.


1. Ant.  
I. E 2




D OMI-NE, \* quinque ta-lénta tra-di-dí-sti mi-hi: ec-ce




á-li-a quinque superlucrá-tus sum. *T. P.* Alle-lú-ia.




E u o u a e.



E UGE serve bone, \* in mó-di-co fi-dé-lis, intra in gáu-



di-um Dómi-ni tu-i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



super famí-li-am su-am. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.




F I-DE-LIS servus et pru-dens, \* quem constí-tu-it Dómi-nus




super famí-li-am su-am. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



B E-ATUS il-le servus, \* quem cum vé-ne-rit dómi-nus e-jus,



et pulsá- ve-rit jánu- am, invéne-rit vi-gi-lántem. *T. P. Alle-lú-ia.*




E u o u a e.

5. Ant.

VII. c 2



**S**ERVE bo-ne \* et fi-dé-lis, intra in gáudi-um Dómi-ni



tu- i. *T. P. Alle-lú-ia.* E u o u a e.

CAPITULUM.


*Eccli. 31.*

**B**EATUS vir qui invéntus est sine mácula: † et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. \* Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua.

Hymnus.



**J**E-SU coró-na célsi- or, Et vé-ri- tas sublími- or, Qui confi-



ténti sérvu-lo Reddis per-énne praémi- um:

Da supplicánti coétui,  
Hujus rogátu, nóxii  
Remissionem críminis,  
Rumpéndo nexum vínculi.

Anni révërso témpore,  
Dies refúlsit lúmíne,  
Quo Sanctus hic de córpore  
Migrávit inter sídera.

Hic vana terrae gáudia,  
Et luculénta praédia,

Pollúta sorde députans,  
Ovans tenet coeléstia.


Te Christe Rex piíssime,  
Hic confiténdo júgiter,  
Calcávit artes daémonum,  
Saevúm-que avérni princípem.

Virtúte clarus et fide,  
Confessione sédulus,  
Jejúna membra déferens,  
Dapes supérnas óbtinet.

Proinde te piissime  
Precamur omnes supplices:  
Nobis ut hujus gratia  
Poenas remittas debitas.

Patri perennis gloria,  
Natoque Patris unico,  
Sanctoque sit Paraclito,  
Per omne semper saeculum. Amen.

## Alius Tonus.

III. 

J E-SU coróna célsi- or, Et vé-ri-tas sub-lími- or, Qui confi-

ténti sérvu- lo Reddis per-énne praémi- um:

Da supplicanti coetui,  
Hujus rogatu, noxii  
Remissionem criminis,  
Rumpendo nexum vinculi.

Anni reverso tempore,  
Dies refulsit lumine,  
Quo Sanctus hic de corpore  
Migravit inter sidera.

Hic vana terrae gaudia,  
Et luculenta praedia,  
Polluta sorde deputans,  
Ovans tenet coelestia.

Te Christe Rex piissime,  
Hic confitendo iugiter,


Calcavit artes daemonum,  
Saevumque averni principem.

Virtute clarus et fide,  
Confessione sedulus,  
Jejuna membra deferens,  
Dapes supernas obtinet.

Proinde te piissime  
Precamur omnes supplices:  
Nobis ut hujus gratia  
Poenas remittas debitas.

Patri perennis gloria,  
Natoque Patris unico,  
Sanctoque sit Paraclito,  
Per omne semper saeculum. Amen.

## Alius Tonus.


VIII. 

J ESU coróna célsi- or, Et vé-ri-tas sublí-mi- or, Qui con-


fi-ténti sérvu- lo Reddis per-énne praémi- um:

## Tempore Paschali.

*In tono Tristes erant Apóstoli, ut supra, [18], vel ut sequitur.*

IV. 

J E- SU co-ró- na célsi- or, Et vé-ri- tas sublími- or, Qui




confi-tén- ti sérvu-lo Reddis per-énne praémi- um:

*Doxol.* Deo Patri sit glória, Et Fílio, qui a mórtuis, *etc., ut supra*, [42];  
*vel, post Ascensionem:* Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis, *etc.*


ψ. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.

ϣ. Et osténdit illi regnum Dei.

**Ad Benedictus, Antiphona.**



**E** U- GE \* serve bone et fi-dé-lis, qui- a in pauca fu- isti



fi- dé- lis, supra multa te constí- tu- am: intra in gáudi- um



Dó- mi- ni tu- i. T. P. Alle- lú- ia. E u o u a e.

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos beáti *N.* Confessóris tui ánnua solemnitate laetíficas: † concéde propítius; ut cujus natalítia cólimus, \* étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**A**DESTO Dómine supplicatióibus nostris, quas in beáti *N.* Confessóris tui solemnitate deférimus: † ut qui nostrae justítiae fidúciam non habémus, \* ejus qui tibi plácuít précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Si fuerit Abbas.

*Oratio.*

**I**NTERCESSIO nos, quaésumus Dómine, beáti *N.* Abbátis comméndet: † ut quod nostris méritis non valémus, \* ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum.* Beátus vir qui invéntus est, *ut supra ad Laudes.*

R. br.

**A** -MA-VIT e-um Dómi-nus, \* Et orná- vit e-um. ŷ. Sto-lam  
gló-ri-ae índu- it e-um. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-  
rí-tu- i Sancto.

ŷ. Os justí meditábitur sapiéntiam.

ꝛ. Et lingua ejus loquétur judícium.

**Tempore Paschali.**

R. br.

**A** -MA-VIT e-um Dómi-nus, et orná-vit e-um: \* Alle- lú- ia,  
alle- lú- ia. ŷ. Sto-lam gló-ri-ae índu- it e-um. Gló-ri- a Patri,  
et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

ŷ. Os justí meditábitur sapiéntiam, allelúia.

ꝛ. Et lingua ejus loquétur judícium, allelúia.

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Eccli. 39.*


**J**USTUS cor suum trádidit ad vigilándum dilúculo ad Dóminum, qui  
fecit illum, \* et in conspéctu Altíssimi deprecábitur.

R. br.

**O** s justí \* Me-di- tá- bi- tur sa- pi- énti- am. ŷ. Et lingua  
e- jus loqué- tur judí- ci- um. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Lex Dei ejus in corde ipsius.  
 Ṛ. Et non supplantabuntur gressus ejus.

## Tempore Paschali.

Ṛ. br. 

**O**s justi me-di-tá-bi-tur sa-pi-énti-am: \* Alle-lú-ia, alle-

lú-ia. ŷ. Et lingua e-jus loqué-tur ju-dí-ci-um. Gló-ri-a Patri.


ŷ. Lex Dei ejus in corde ipsius, allelúia.  
 Ṛ. Et non supplantabuntur gressus ejus, allelúia.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Sap. 10. b.

**J**USTUM deduxit Dóminus per vias rectas, † et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum: \* honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius.


Ṛ. br. 

**L**EX De-i e-jus \* In corde ipsí-us. ŷ. Et non supplan-

tabuntur gressus e-jus. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.  
 Ṛ. Et osténdit illi regnum Dei.

## Tempore Paschali.

Ṛ. br. 

**L**EX De-i e-jus in corde ipsí-us: \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

ŷ. Et non supplantabuntur gressus e-jus. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, allelúia.  
 Ṛ. Et osténdit illi regnum Dei, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi, Capit. et Hymnus ut in I. Vesperis.*

ψ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.

ϙ. Et osténdit illi regnum Dei.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

VIII. G

Hic vir, despí-ci-ens mundum \* et terré-na; tri-úm-phans,  
di-ví-ti-as coe-lo cóndi-dit o-re, manu. *T. P.* Alle-lú-ia.

E u o u a e.

¶ *Si occurrat celebrari Festum plurium Confessorum non Pontificum, Officium fit ut supra; sed in Oratione, quae habentur in singulari, dicantur in plurali.*

## Commune Virginum.

## IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].*

*Capitulum et Hymnus ut infra ad Laudes.*

ψ. Spécie tua et pulchritú-dine tua.

ϙ. Inténde, próspere procéde, et regna.

*Ad Magnificat, Antiphona.*


VIII. G

VENI sponsa Christi, \* ácci-pe co-ró-nam, quam ti-bi Dó-  
mi-nus praepa-rá-vit in ae-térnum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.




*Orationes ut infra ad Laudes.*

¶ *Si fuerint plures, in utrisque Vesperis ad Magnificat et in Laudibus ad Benedictus, Antiphona:*



**P** RUDENTES Vírgi-nes, \* aptá-te lámpades vestras: ecce sponsus



ve-nit, ex-í-te óbvi-am e-i. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.


¶. Adducéntur regi vírgines post eam.

ⷑ. Próximae ejus afferéntur tibi.

*Oratio.*

**D**A nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártýrum tuárum *N. et N.* palmas incessábili devotióne venerári: † ut quas digna mente non póssumus celebráre, \* humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.


### AD LAUDES, et per Horas.




**H** AEC est Virgo sá-pi-ens, \* et u-na de núme-ro pru-déntum.




*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



**H** AEC est Virgo sá-pi-ens, \* quam Dómi-nus vi-gi-lántem



invé-nit. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



**H** AEC est \* quae nescí-vit to-rum in de-lícto: ha-bé-bit fru-

ctum in respecti- óne a-nimá-rum sanctá-rum. *T. P. Alle- lú-ia.*

E u o u a e.

4. Ant.  
I. f

V E-NI e-lécta me-a, \* et ponam in te thronum me- um,

† alle- lú-ia. *Post Sept.* † di-cit Dómi-nus. E u o u a e.

5. Ant.  
III. a

I -STA est \* spe-ci- ó- sa inter fí- li- as Je- rú- sa- lem.

*T. P. Alle- lú-ia.* E u o u a e.


CAPITULUM.

2. Cor. 10. d.

F RATRES: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. † Non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est: \* sed quem Deus coméndat.

Hymnus.


VIII. J E-SU co-ró-na Vírgi-num, Quem Ma-ter il-la cónci-pit, Quae so-la Virgo pár-tu-rít: Haec vo-ta clemens ácci-pe. 2. Qui pergis in-ter lí- li- a, Septus cho-ré- is Vírgi-num, Sponsus de-có-rus



gló-ri-a, Sponsisque reddens praemi-a. 3. Quocúmque tendis,  
 Vírgi-nes Sequúntur, atque láudi-bus Post te canéntes cúrsi-tant,  
 Hymnósque dulces pérsonant. 4. Te depre-cá-mur súppli-ces, No-  
 stris ut addas sénsi-bus, Nescí-re prorsus ómni-a Corrupti-ó-nis  
 vúlne-ra. 5. Virtus, honor, laus, gló-ri-a De-o Patri cum Fí-  
 li-o, Sancto simul Pa-rá-clí-to, In saecu-ló-rum saécu-la. Amen.

## Alter Tonus.

II.



J E-SU co-ró-na Vírgi-num, Quem Ma-ter il-la cónci-pit, Quae  
 so-la Virgo pártu-rit: Haec vo-ta clemens ácci-pe.

Qui pergis inter lília,  
 Septus choréis Vírginum,  
 Sponsus decórus glória,  
 Sponsisque reddens praemia.


Quocúmque tendis, Vírgines  
 Sequúntur, atque láudibus  
 Post te canéntes cúrsitant,  
 Hymnósque dulces pérsonant.

Te deprecámur súpplíces,  
 Nostris ut addas sénsibus,  
 Nescíre prorsus ómnia  
 Corruptiónis vúlnera.


Virtus, honor, laus, glória  
 Deo Patri cum Fílio,  
 Sancto simul Paráclito,  
 In saeculórum saécula. Amen.

## Tempore Paschali.

*In tono Tristes erant Apóstoli, ut supra, [18]; vel ut sequitur.*

IV. 

**J** E- SU co-ró- na Vírgi-num, Quem Ma-ter il-la cónci-pit,




Quae so-la Vir- go pár-tu-rit: Haec vo-ta clemens ácci-pe.

*Doxol. Deo Patri sit glória, Et Fílio, qui a mórtuis, etc., ut supra, [42]; vel, post Ascensionem: Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis, etc.*


¶ Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

✚ Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.


## Ad Benedictus, Antíphona.

VIII. G 

**S** I-MI-LE est \* regnum coeló-rum hómi-ni nego-ti-a-tó-ri



quaerénti bonas marga-rí-tas: invénta u-na pre-ti-ó-sa, dedit



ómni-a su-a, et compa-rá- vit e-am. *T. P. Alle-lú-ia.*



E u o u a e.

*Pro Virgine Martyre.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frá-gili victóriam martýrii contulísti: † concéde propítius; ut qui beátae *N. Virginis* et Mártýris tuae natalítia cólimus, \* per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

*Alia Oratio.*

**I**NDULGENTIAM nobis, quaésumus Dómine, beáta *N. Virgo* et Martyr implóret: † quae tibi grata semper éxstitit et mérito castitátis, \*

et tuae professione virtutis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum.

*Pro Virgine non Martyre.*

*Oratio.*

**E**XAUDI nos Deus salutaris noster: † ut sicut de beátae *N.* Vírginis  
tuae festivitáte gaudémus; \* ita piae devotiónis erudiámur affectu.  
Per Dóminum.

*Si fuerint plures, ad Benedictus Antiphona Prudéntes, cum †. et Oratione  
ut in I. Vesperis, [57].*

### Ad Tertiam.

*Capitulum. Fratres: Qui gloriátur, ut supra ad Laudes.*

R. br.



**S** PE-CI- E tu- a \* Et pulchri-tú-di-ne tu- a. †. Inténde, pro-  
spe-re procé-de, et regna. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-  
rí- tu- i Sancto.

†. Adjuvábít eam Deus vultu suo.

‡. Deus in médio ejus, non commovébitur.

### Tempore Paschali.

R. br.



**S** PE-CI- E tu- a et pulchri-tú-di-ne tu- a: \* Alle- lú-ia, alle-  
lú-ia. †. Inténde, próspe-re procé-de, et regna. Gló-ri- a Patri,  
et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto.

†. Adjuvábít eam Deus vultu suo, allelúia.


‡. Deus in médio ejus, non commovébitur, allelúia.

## Ad Sextam.

CAPITULUM.

2. Cor. 11.

**A**MULOR enim vos Dei aemulatióne. † Despóndi enim vos uni viro, \* vírginem castam exhibére Christo.




dí- o e- jus, non commo- vé- bi- tur. Gló- ri- a Patri.

ψ. Elégit eam Deus, et praeelégit eam.

℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam.

Tempore Paschali.



ri- a Patri.

ψ. Elégit eam Deus, et praeelégit eam, allelúia.

℞. In tabernáculo suo habitáre facit eam, allelúia.

## Ad Nonam.

Pro Virgine Martyre.

CAPITULUM. Eccli. 51. b.

**D**OMINE Deus meus, exaltásti super terram habitatióne meam, et pro morte defluente deprecáta sum. † Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meae, \* et in témpore superbórum sine adjutório.

Pro Virgine non Martyre.

CAPITULUM. Sap. 4.

**O** quam pulchra est casta generatio cum claritate! † immortalis est enim memória illius: \* quóniam apud Deum nota est, et apud hómines.

R. br.

**E** -LE-GIT e-am De-us, \* Et prae-e-lég-git e-am. V. In taber-

nácu-lo su-o ha-bi-tá-re fa-cit e-am. Gló-ri-a Patri.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Tempore Paschali.

R. b.

**E** -LE-GIT e-am De-us, et prae-e-lég-git e-am: \* Alle-lú-ia,

alle-lú-ia. V. In taberná-cu-lo su-o ha-bi-tá-re fa-cit e-am.

Gló-ri-a Patri.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúia.

R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum, allelúia.

## IN II. VESPERIS.

*Antiphonae, Capit. et Hymnus de Laudibus. Ps. ut in Festis B. M. V., [77].*

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

R. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII. c.

**V** E-NI sponsa Christi, \* ácci-pe co-rónam, quam ti-bi Dó-

mi-nus praepa-rá-vit in ae-térnum. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

## Commune sanctae Martyris tantum, et nec Virginis nec Martyris.


### IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].  
Capitulum et Hymnus ut infra ad Laudes.*

ŷ. Spécie tua et pulchritúdone tua.


᝚. Inténde, próspere procéde, et regna.

#### Ad Magnificat, Antiphona.



S

I-MI-LE est \* regnum coeló-rum hó-mi-ni nego-ti-a-tó-ri



quaerénti bonas marga-rí-tas: invénta u-na pre-ti-ó-sa, de-dit




ómni-a su-a; et compa-rá-vit e-am. T. P. Alle-lú-ia.



E u o u a e.


*Orationes ut infra ad Laudes.*

#### AD LAUDES, et per Horas.




D

UM esset rex \* in accú-bi-tu su-o, nardus me-a de-



dit odó-rem su-a-vi-tá-tis. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.




2. Ant.  
IV. A\*



**I**N odó-rem \* unguentórum tu-órum cúrrimus: ado-lescén-




tu-lae dí-le-xé-runt te nimis. *T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.*

3. Ant.  
VIII. G


**J**AM hi-ems tránsi-it, \* imber áb-i-it et re-céssit: surge




amí-ca me-a, et ve-ni. *T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.*

4. Ant.  
I. f



**V**E-NI e-lécta me-a, \* et ponam in te thronum me-um,



† alle-lú-ia. *Post Sept. † di-cit Dómi-nus. E u o u a e.*

5. Ant.  
VIII. G\*


**I**-STA est \* spe-ci-ó-sa inter fí-li-as Je-rú-sa-lem.



*T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.*

Pro Martyre tantum.

CAPITULUM. *Eccli. 51.*

**C**ONFITEBOR tibi, Dómine Rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum. † Confitebor nómini tuo: quóniam adjutor et protéctor factus es mihi, \* et liberásti corpus meum a perditíone.

Pro nec Virgine nec Martyre.

CAPITULUM. *Prov. 31. b.*

**M**ULIEREM fortem quis invéniet? procul, et de últimis finibus pré-tium ejus. † Confídit in ea cor viri sui, \* et spóliis non indigébit.

## Hymnus.


II.

**F** ORTEM vi- rí- li pécto-re Laudémus omnes fémi-nam, Quae  
 sancti- tá-tis gló-ri- a U-bíque fulget ínclý-ta. 2. Haec sancto  
 amó-re sáuci- a, Dum mundi amó-rem nó-xi- um Horrécit,  
 ad coe-lésti- a I-ter per-é-git árdú-um. 3. Carnem domans je-  
 júni- is, Dulcíque mentem pábu-lo Ora-ti- ó-nis nútri- ens,  
 Coe-li po-tí-tur gáudi- is. 4. Rex Christe, virtus fórti- um, Qui  
 magna so-lus éffi- cis, Hu- jus pre- cá- tu, quaésumus, Audi be-ní-  
 gnus súppli- ces. 5. De- o Pa- tri sit gló-ri- a, E- júsqe so- li Fí-  
 li- o, Cum Spí- ri- tu Pa- rácli- to, Nunc et per omne saécu- lum.  
 A- men.

## Tempore Paschali.

*In tono Tristes erant Apóstoli, ut supra, [18]; vel ut sequitur.*

IV.



Quae sancti-tá-tis gló-ri-a Ú-bíque fulget ínclý-ta.


*Doxol. Deo Patri sit glória, Et Fílio, qui a mórtuis, etc., ut supra, [42]; vel, post Ascensionem: Jesu tibi sit glória, Qui victor in coelum redis, etc.*

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

ꝛ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VII. c 2



e-am in portis ópe-ra e-jus. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Pro una Martyre tantum.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter cétera poténtiae tuae mirácula, étiam in sexu frágili victóriam mártýrii contulisti: † concéde propítius; ut qui beátae *N.* Mártýris tuae natalítia cólimus, \* per ejus ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

*Pro pluribus Martyribus tantum.*

*Oratio.*

**D**A nobis, quaésumus Dómine Deus noster, sanctárum Mártýrum tuárum *N.* et *N.* palmas incessábili devotióne venerári: † ut quas digna mente non póssumus celebráre, \* humílibus saltem frequéntemus obséquii. Per Dóminum.

*Pro nec Virgine nec Martyre.*

*Oratio.*

**E**XAUDI NOS Deus salutáris noster: † ut sicut de beátae *N.* festívitate gaudémus; \* ita pia devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

## Ad Tertiam.

*Capitulum. Confitébor, vel Mulierem fortem, ut supra ad Laudes.*

ꝛ. br. Spécie tua. [61]. ŷ. Adjuvábít eam.

**Ad Sextam.***Pro Martyre tantum.*CAPITULUM. *Eccli. 51.*

**L**IBERASTI me secúndum multitudínem misericórdiae nóminis tui a rugiéntibus, praeparátis ad escam, † de máníbus quaeréntium ánimam meam, \* et de multis tribulatió nibus quae circumdedérunt me.

*Pro nec Virgine nec Martyre.*CAPITULUM. *Prov. 31. c.*

**M**ANUM suam apéruit ínopi, † et palmas suas exténdit ad páu-  
rem. \* Non timébit dómui suae a frigóribus nivis.

℞. *br.* Adjuvábít eam. [62]. √. Elégít eam Deus.

**Ad Nonam.***Pro Martyre tantum.*CAPITULUM. *Eccli. 51.*

**L**AUDABIT usque ad mortem ánima mea Dóminum, † quóniam léruis sustinéntes te, et líberas eos de manu angústiae, \* Dómine Deus noster.

*Pro nec Virgine nec Martyre.*CAPIT. *Prov. 31. d.*

**M**ULTAE filiae congregavérunt divítias: tu supergréssa es univérsas. † Fallax grátia, et vana est pulchritúdo: \* múlíer tímens Dóminum ipsa laudábítur.

℞. *br.* Elégít eam Deus. [63]. √. Diffúsa est.

**IN II. VESPERIS.***Antiphonae, Capit. et Hymnus de Laudibus. Ps. ut in Festis B. M. V., [77].*

√. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

VIII. G

**M**ANUM su-am \* apé-ru-it íno-pi, et palmas su-as  
exténdit ad páu-pe-rem: et pa-nem o-ti-ó-sa non comédit.

T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

¶ *Pro pluribus non Virginibus idem fit Officium.*



## Commune Dedicacionis Ecclesiae.

### IN I. VESPERIS.

*Antiphonae de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum, sed loco ultimi, Ps. Lauda Jerúsalem Dóminum. [79].*

CAPITULUM.

*Apoc. 21.*

**V**IDI civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de coelo a Deo, \* parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus. I.

**Q**OELESTIS urbs Je-rúsa-lem, Be-á-ta pa-cis ví-si-o, Quae  
 cel-sa de vivéntibus Saxis ad astra tólleris, Sponsaéque ri-tu cín-  
 ge-ris Mil-le Ange-ló-rum mí-li-bus. 2. O sorte nupta próspe-ra,  
 Do-tá-ta Pa-tris gló-ri-a, Respérsa Sponsi grá-ti-a, Re-gí-na for-

mosíssima, Christo ju-gá-ta Prínci-pi, Coe-li co-rúsca cí-vi-tas.

3. Hic marga-rí-tis émicant, Pa-téntque cunctis ósti-a: Virtú-te

namque praé-vi-a Mortá-lis il-luc dú-ci-tur, Amó-re Chri-sti pér-

ci-tus Tormén-ta quisquis sústi-net. 4. Scalpri sa-lúbris í-cti-bus,

Et tunsi-ó-ne plú-rima, Fabri po-lí-ta málle-o Hanc sa-xa mo-

lem cónstru-unt, Aptísque juncta né-xi-bus Lo-cántur in fasti-

gi-o. 5. De-cus Pa-rén-ti dé-bi-tum Sit usquequáque Altíssimo,

Na-tóque Patris ú-ni-co, Et ínclý-to Pa-rácli-to, Cui laus, po-té-

stas, gló-ri-a Ætérna sit per saécu-la. A-men.

ψ. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta.

ϣ. Bene fundáta est supra firmam petram.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. g

**S** ANCTI-FI-CA-VIT \* Dómi-nus ta-berná-cu-lum su-um:

qui-a haec est domus De-i, in qua invo-cá-tur nomen e-jus

de quo scriptum est: Et e-rit nomen me-um i-bi, di-cit Dó-

minus. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

## AD LAUDES, et per Horas.

1. Ant.  
VII. a

**D** OMUM tu-am Dómi-ne \* de-cet sancti-túdo, in longi-tú-di-

nem di-é-rum. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



2. Ant.  
I. D 2

**D** OMUS me-a, \* do-mus o-ra-ti-ó-nis vo-cá-bi-tur.


*T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.  
I. f

**H** AEC est domus Dómi-ni \* fírmi-ter aedi-fi-cá-ta: bene




4. Ant.  
VIII. c



*T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.*

5. Ant.  
I. g



*E u o u a e.*



CAPITULUM.

*Apoc. 21.*

**V**IDI civitátem sanctam Jerúsalem novam, † descendéntem de coelo a Deo, \* parátam sicut sponsam ornátam viro suo.

Hymnus.

I.







pér-nae, et ínfimae, Utrúmque junxit ángu-lum.

Sed illa sedes coelítum  
Semper resúltat láudibus,  
Deúmque tri-num et únicum  
Jugi canóre praédicat:  
Illi canéntes júngimur  
Almae Siónis aémuli.

Haec templa, Rex coeléstium,  
Imple benigno lúmine:  
Huc o rogátus ádveni,  
Plebísque vota súscipe,  
Et nostra corda júgiter  
Perfúnde coeli grátia.


Hic ímpetrent fidélium  
Voces precésque súpplicum  
Domus beátae múnera,  
Partísque donis gáudeant:  
Donec solúti córpore  
Sedes beátas ímpleant.

Decus Parénti débitum  
Sit usquequáque\* Altíssimo,  
Natóque Patris único,  
Et ínclyto Paráclito,  
Cui laus, potéstas, glória  
Æténa sit per saécula. Amen.


ψ. Haec est domus Dómini fírmiter aedificáta.

Ⲛ. Bene fundáta est supra firmam petram.

Ad Benedictus, Antiphona.




**Z** ACHAE- E, \* festí- nans descénde, qui- a hó- di- e in




domo tu- a o- pór- tet me ma- né- re: at il- le festí- nans de-



scéndit, et suscé- pit il- lum gaudens in domum su- am. Hó- di- e



hu- ic dómu- i sa- lus a De- o facta est, alle- lú- ia.



E u o u a e.

*In ipso die Dedicacionis Ecclesiae et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob concursum Dedicacionis alterius Ecclesiae:*

*Oratio.*

**D**EUS, qui invisibíliter ómnia cónlines, et tamen pro salute géneris húmáni signa tuae poténtiae visibíliter osténdis: † templum hoc poténtia tuae inhabitatiónis illústra, et concéde; ut omnes qui huc deprecátúri convéniunt, \* ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis, tuae beneficia consequántur. Per Dóminum.

*In Anniversario Dedicacionis Ecclesiae et per Octavam:*


*Oratio.*

**D**EUS, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes: † exáudi preces pópuli tui, et praesta; ut quisquis hoc templum beneficia petitúrus ingréditur, \* cuncta se impetrásse laetétur. Per Dóminum.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Vidi civitátem, ut supra ad Laudes.*

ŕ. br.



**D**OMUM tu-am Dómi-ne \* De-cet san-cti-túdo. ŷ. In longi-tú-di-nem di-é-rum. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

ŷ. Locus iste sanctus est, in quo orat sacérdos.

ŕ. Pro delíctis et peccátis pópuli.

**Tempore Paschali.**

ŕ. br.



**D**OMUM tu-am Dómi-ne de-cet sancti-túdo: \* Alle-lú-ia, alle-lú-ia. ŷ. In longi-tú-dinem di-é-rum. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Locus iste sanctus est, in quo orat sacerdos, allelúia.


ꝛ. Pro delictis et peccatis pópuli, allelúia.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Apoc. 21.*

**E**T audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis. † Et ipsi populus ejus erunt, \* et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.


ꝛ. br. 

lúctis et peccá-tis pópu-li. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta.

ꝛ. Bene fundáta est supra firmam petram.

### Tempore Paschali.

ꝛ. br. 

alle-lú-ia. ŷ. Pro de-lúctis et peccá-tis pópu-li. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta, allelúia.


ꝛ. Bene fundáta est supra firmam petram, allelúia.


### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Apoc. 21. b.*

**E**T abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum: † et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. \* Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

ꝛ. br. 



ne fundá-ta est supra firmam petram. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Bene fundáta est domus Dómini. ʀ. Supra firmam petram.

**Tempore Paschali.**



**H** AEC est domus Dómi-ni firmi-ter aedi-fi-cá-ta: \* Alle-



lú-ia, alle-lú-ia. ŷ. Bene fundá-ta es: supra firmam petram.



Gló-ri-a Patri.

ŷ. Bene fundáta est domus Dómini, allelúia.

ʀ. Supra firmam petram, allelúia.


**IN II. VESPERIS.**

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*


ŷ. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.

ʀ. In longitudínem diérum.


**Ad Magnificat, Antiphona.**



**O** quam me-tu-éndus est \* lo-cus iste! ve-re non est




hic á-li-ud ni-si domus De-i, et por-ta coe-li.



T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Infra Octavam Dedicat. Eccl., et in ejus die Octava, omnia ut in Festo.*




## In Festis Beatae Mariae Virginis

PER ANNUM.

### IN I. VESPERIS.



**D**UM esset rex \* in accú-bi-tu su-o, nardus me-a de-



dit odó-rem su-a-vi-tá-tis. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

**Psalmus 109.**

**D**IXIT Dóminus Dómino meo: \*  
Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, \*  
scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dó-  
minus ex Sion: \* dominare in  
medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis  
tuae in splendoribus sanctorum: \*  
ex útero ante luciferum genui te.

Jurávit Dóminus, et non paeni-  
tébit eum: \* Tu es sacérdos in  
aetérnum secúndum órđinem Mel-  
chisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* con-  
frégit in die irae suae reges.

Judicábit in natió nibus, implébit  
ruínas: \* conquassábit cápita in  
terra multorum.

De torrén te in via bibet: \* pro-  
ptérea exaltábit caput.



**L**AEVA e-ius \* sub cá-pi-te me-o, et déxte-ra il-lí- us



ample-xá-bi-tur me. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

## Psalmus 112.

**L**AUDATE púeri Dóminum: \* laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, \* laudabile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, \* et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humília respicit in coelo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, \* et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, \* cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lætántem.

3. Ant.  
III. b

**N**

IGRA sum sed formósa, \* fi-li-ae Jerú-sa-lem: íd-e-o di-

lé-xit me rex, et introdú-xit me in cu-bí-cu-lum su-um.

T. P. Alle- lú-ia. E u o u a e.

## Psalmus 121.

**L**AETATUS sum in his quae dicta sunt mihi: \* In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quae aedificátur ut civitas: \* cujus participátio ejus in idípsum.

Illucenim ascendérunt tribus, tribus Dómini: \* testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in júdicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quae ad pacem sunt Jerúsalem: \* et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: \* et abundántia in túrribus tuis.


Propter fratres meos et próximos meos, \* loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, \* quaesívi bona tibi.

4. Ant.  
VIII. G

**J**

AM hi- ems tránsi- it, \* imber áb-i- it et re-céssit: surge



amí-ca me- a, et ve-ni. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Psalmus 126.*

**N**ISI Dóminus aedificáverit domum, \* in vanum laboráverunt qui aedíficant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, \* frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: \* súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: \* ecce haeréditas Dómini filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagíttae in manu poténtis: \* ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis: \* non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

5. Ant.

IV. A\*



**S**PE-CI-O-SA facta es \* et su-á-vis in de-lí-ci-is tu-is,



sancta De- i Gé-nitrix. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Psalmus 147.*

**L**AUDA Jerúsalem Dóminum: \* lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: \* benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: \* et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terrae: \* velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: \* ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, et liquefáciat ea: \* flabit spíritus ejus, et fluent aquae.

Qui annúnciat verbum suum Jacob: \* justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: \* et judícia sua non manifestávit eis.

*CAPITULUM.*

*Eccli. 24. b.*

**A**B inítio et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non désinam, \* et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

## Hymnus.

I.

**A** -ve ma-ris stel-la, De-i Ma-ter alma, Atque semper

Virgo, Fe-lix coe-li porta. 2. Sumens il-lud A-ve Gabri-

é-lis o-re, Funda nos in pa-ce, Mu-tans Hevae nomen.

3. Solve vincla re- is, Pro-fer lumen cae-cis: Ma-la nostra pel-

le, Bona cuncta posce. 4. Monstra te esse matrem:

Sumat per te pre-ces, Qui pro no-bis na-tus, Tu-lit esse

tu-us. 5. Virgo singu-lá-ris, Inter omnes mi- tis, Nos cul-


pis so-lú-tos, Mi-tes fac et castos. 6. Vi-tam praesta pu-ram,

I-ter pa-ra tu-tum: Ut vi-déntes Je-sum, Semper collae-témur.





7. Sit laus De-o Patri, Summo Christo de-cus, Spi-rí-tu i



Sancto, Tri-bus honor unus. A-men.

Alius Tonus.

iv.



**A** - ve ma-ris stel-la, De-i Ma-ter alma, Atque sem-



per Vir-go, Fe-lix coe-li por-ta.

Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen caecis:  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra-te esse matrem,  
Sumat per te p̄ces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.


Virgo singuláris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solútos,  
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,  
Iter para tutum,  
Ut vidéntes Jesum,  
Semper collaetémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spíritui Sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

Alius Tonus.

vii.



**A** - ve ma-ris stel-la, De-i Ma-ter alma, Atque semper




Virgo, Fe-lix coe-li por-ta.

ŷ. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.

ŝ. Da mihi virtútem contra hostes tuos.


Ad Magnificat, Antiphona.

IV. E




S ANCTA Ma-rí-a, \* succúr-re mí-se-ris, juva pu-sil-lá-nimes, ré-fo-ve flé-bi-les: o-ra pro pó-pu-lo, inté-ve-ni pro cle-ro, intercé-de pro de-vó-to femí-ne-o se-xu: sénti-ant omnes tu-um ju-vá-men, quicúm-que cé-lebrant † tu-am sanctam fe-sti-vi-tá-tem. T. P. Alle-lú-ia. E u o u a e.

In Festo  
B. M. V. de  
M. Carmelo.




† tu-am so-lénnem commemo-ra-ti-ónem.

In Festo  
Ss. Nominis  
B. M. V.



† tu-i sancti Nómi-nis commemo-ra-ti-ónem.

In Off. Vot.  
Immac. Conc.  
B. M. V.



† tu-am sanctam Imma-cu-lá-tam Concepti-ónem.

Oratio ut infra ad Laudes.

† Ad Completorium, Hymnus ut notatur p. 50, pro Festis B. M. V.

## AD LAUDES, et per Horas.

*Antiphonae ut supra in I. Vesperis. Psalmi de Dominica.*

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**A**B iníto et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non désinam, \* et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

## Hymnus.

II.

**O** glo-ri-ó-sa Vir-ginum, Sublímis in-ter sí-de-ra, Qui te

cre-á-vit pár-vu-lum La-cténte nu-tris ú-be-re.

Quod Heva tristis ábstulit,  
Tu reddis almo gérmine:  
Intrent ut astra flébiles,  
Coeli reclúdis cárdines.

Tu Regis alti jánuá,  
Et aula lucis fúlgida:

Vitam datam per Virginem  
Gentes redémptae pláudite.

Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Pa-tre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

Ŕ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G

**B**E-A-TA es \* Ma-rí-a, quae cre-di-dí-sti: per-fi-ci-éntur

in te, quae dicta sunt ti-bi a Dómi-no, alle-lú-ia.

E u o u a e.

*Oratio.*

CONCEDE nos fámulos tuos, quaesumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: † et gloriósa beátae Mariae semper Vírginis intercessióne, \* a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum.


**Ad Primam.**

*In R. br. v. Qui natus es de María Vírgine. 15, etiam in Festis infra Octavas B. M. V.*


**Ad Tertiam.**

Tonus Hymni ad Horas.


II.




**N**UNC Sancte no-bis Spí-ri-tus, Unum Patri cum Fí-li-o,




Digná-re promptus ínge-ri Nostro re-fú-sus pé-cto-ri. 2. Os,




lingua, mens, sensus, vi-gor Confessi-ónem pér-sonent: Flammé-



scat igne cá-ri-tas, Accéndat ardor pró-ximos. 3. Je-su ti-



bi sit gló-ri-a, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum Patre et al-



mo Spí-ri-tu, In sempi-térna saé-cu-la. A-men.

*In hoc tono cantantur Hymni ad Horas quandocumque fit de B. M. V. etiam Tempore Paschali, et infra Octavas Festorum ejusdem B. M. V., et etiam*

*Hymni Horarum in Festis Sanctorum quae occurrunt infra Octavas ejusdem B. M. V., nisi aliter notetur.*

*Capitulum. Ab initio, ut supra ad Laudes.*

℞. *br.* Spécie tua. [61]. ☩. Adjuvabit eam.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**E**T sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. † Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei haereditas illius, \* et in plenitudine sanctorum detentio mea.

℞. *br.* Adjuvabit eam. [62]. ☩. Eligit eam.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**I**N plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: † quasi myrrha electa, \* dedi suavitatem odoris.

℞. *br.* Eligit eam Deus. [63]. ☩. Diffusa est.


## IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in primis Vesperis, praeter sequentia.*

☩. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℞. Da mihi virtutem contra hostes tuos.


### Ad Magnificat, Antiphona.



**B**E-ATAM me di-cent \* omnes gene-ra-ti-ones, qui-a ancil-



lam húmi-lem respé-xit De-us. *T. P.* Alle-lú-ia. E u o u a e.



## Officium B. Mariae V. in Sabbato.

*Omnibus Sabbatis per annum, praeterquam in Adventu, Quadragesima, Quatuor Temporibus et Vigiliis, et nisi Officium fieri debeat de Feria propter Officium alicujus Dominicae infra Hebdomadam ponendum, ac nisi Festum IX Lectionum occurrat, fit Officium de S. Maria, modo infrascripto.*

### Ad Vesperas.

*In Vesperis Feriae VI. dicuntur Antiphonae et Psalmi feriales; et a Capitulo fit de S. Maria ut infra. Quod si Feria VI. celebratum sit Officium IX Lectionum, de S. Maria fit tantum commemoratio in dictis Vesperis, cum Ant., v. et Oratione ut infra; quae commem. omittitur quando Feria VI. occurrit vel Duplex I. classis, vel aliud ejusdem B. M. V. Officium.*

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**A**B iníitio et ante saécula creáta sum, † et usque ad futúrum saéculum non désinam, \* et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

### Hymnus.

I.

**A** - ve ma-ris stel-la, De-i Ma-ter alma, Atque semper

Virgo, Fe-lix coe-li porta.

### Alter Tonus.

VII.

**A** - ve ma-ris stel-la, De-i ma-ter al-ma, Atque semper

Virgo, Fe-lix coe-li por-ta.

Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen caecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra-te esse matrem:  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singuláris,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solútos,  
Mites fac et castos.


Vitam praesta puram,  
Iter para tutum,  
Ut vidéntes Jesum,  
Semper collaetémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spirítui Sancto,  
Tribus honor unus. Amen.


ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

ꝛ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Ād Magnificat, Antiphona.



**B** E- A-TA Ma-ter \* et intácta Vir-go, glo-ri- ó-sa Re-gí-na



mundi, intercéd-e pro no-bis ad Dómi-num. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.*

*Post Orationem fit Suffragium de Omnibus Sanctis, ut sequitur:*



**S** ANCTI omnes \* intercéd-ant pro no-bis ad Dómi-num.

ŷ. Mirificávit Dóminus Sanctos suos.

ꝛ. Et exaudivit eos clamántes ad se.

*Oratio.*

**A** cunctis nos, quaesumus Dómine, mentis et córporis defénde periculis: \* et intercedénte beáto Joseph, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque beáto *M.* et ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus et pacem; \*\* ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, \* Ecclésia tua secúra tibi sérviat libertáte. Per eúmdem Dóminum nostrum.

*Tempore autem Paschali, loco praecedentis Suffragii, fit commemoratio de Cruce, ut in Ordinario, 43.*

*Si autem occurrat Festum Simplex, de eo fit commem. ante ipsum Suffragium.*

**Completorium** dicitur de Feria VI. ut in Psalterio, 160, nisi Festum praecedens exigit Completorium de Dominica.

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono solito de B. M. V., et in fine dicitur: Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine.*

### Ad Laudes.

*Antiphonae cum Psalmis de Sabbato ut in Psalterio, 162. Capitulum et Hymnus ut in Festis B. M. V. per Annum, [83].*

ŷ. Benedícta tu in muliéribus.

ꝛ. Et benedíctus fructus ventris tui.

#### Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G

**B** E-A-TA De-i Gé-ni-trix Ma-rí-a, \* Vir-go perpé-tu-a,  
templum Dómi-ni, sacrá-ri-um Spí-ri-tus Sancti: so-la si-  
ne ex-émplo pla-cu-í-sti Dómi-no Je-su Christo: o-ra  
pro pó-pu-lo, intérve-ni pro cle-ro, intercé-de pro de-vó-to  
femí-ne- o sexu. E u o u a e.

#### Oratio.

**C**ONCEDE nos fámulos tuos, quaesumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: † et gloriósa beátae Mariae semper Vírginis intercessióne, \* a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Dóminum nostrum.



*Vel alia Antiphona et Oratio pro temporis varietate, ut infra.*

*Deinde fit Suffragium, ut supra ad Vesperas.*

*Prima dicitur tota de Sabbato, excepta Lectione brevi, ut supra, [85].*

*Ad Horas, Antiphonae et Psalmi de Sabbato; Capitulum et reliqua ut in Festis B. M. V., [84].*

¶ *Post Nativitatem Domini usque ad Purificationem, Officium B. M. V. dicitur ut supra, praeter sequentia.*

*Ad Magnificat, Ant. Magnum haereditatis. 261. Oratio. Deus, qui salutis aeternae. 260.*

*Ad Benedictus, Antiphona. Mirabile mysterium. 260.*

*Oratio. Deus, qui salutis aeternae.*

¶ *Tempore Paschali, VV. et RR. additur Alleluia; et ad Magnif. et Bened. dicitur sequens Antiphona.*

**Ad Benedictus et ad Magnificat, Antiphona.**

I. D 2

**R** E-GI-NA coe- li \* lae-tá-re, al-le-lú-ia: qui- a quem me-  
 ru- í- sti portá-re, al-le-lú-ia: re-surré-xit sic-ut di-xit, alle-  
 lú-ia: o- ra pro no-bis De-um, al-le-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio. Concéde. Comm. de Cruce, 43.*

## Officium Parvum B. Mariae Virginis.

### Extra Adventum.

#### Ad Vesperas.

*Ave María. secreto, quae dicitur semper in principio omnium Horarum B. Mariae Virginis.*

*v. Deus in adiutoriū.*

*Antiphonae, Psalmi et Capitulum ut in Festis B. M. V., [77].*

*Hymnus.* Ave maris stella. [86].

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

ṙ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

*Ad Magnificat, Antiphona.* Beáta Mater. [87].

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

ŷ. Dóminus vobíscum. ṙ. Et cum spírítu tuo.

*Oratio.*

**C**ONCEDE NOS fámulos tuos, quaésumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: \* et gloriósa beátae Maríae semper Vírginis intercessióne, a praesénti liberári tristítia, et aetérna pérfrui laetítia. Per Christum Dóminum nostrum. ṙ. Amen.

*Sequens Commemoratio pro Sanctis fit tantum ad Vesperas et Laudes in Officio B. M. V., praeterquam in Adventu, cujus loco tunc alia dicitur ut infra, [95].*

*Commemoratio de Sanctis.*

Ant.  
VII.



**S**ANCTI De-i omnes, \* intercé-de-re dignémi-ni pro



nostra omni-úmque sa-lú-te.

ŷ. Laetámíni in Dómino, et exsultáte justí.

ṙ. Et gloriámíni omnes recti corde.

*Oratio.*

**P**ROTEGE Dómine pópulum tuum, \* et Apostolórum tuórum Petri et Pauli, et aliórum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defénsióne consérva.

**O**MNES Sancti tui, quaésumus Dómine, nos ubíque áduvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus; \* et pacem tuam nostris concéde tempóribus, et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam: \*\* iter, actus, et voluntátes nostras, et ómnium famulórum tuórum, in salútis tuae prosperitáte dispóne; \* benefactóribus nostris sempitérna bona retribuere, et ómnibus fidélibus defúnctis réquiem aetérnam concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Ad Completorium.

Ave María. ʒ. Convérte nos. ʒ. Deus in adjutórium.

*Psalmi.* Saepe expugnávérunt me. 119. — De profúndis. 120. — Dómine, non est exaltátum. 120. (*In Tono in directum.*)

Hymnus.

II.

**M**EMENTO, re-rum Cón-di-tor, Nostri quod o-lim córpo-ris,

Sacrá-ta ab alvo Vír-gi-nis Nascéndo, formam sumpse-ris.

María, Mater grátiae,  
Dulcis Parens cleméntiae,  
Tu nos ab hoste prótege,  
Et mortis hora súscipe.

Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. c.*

**E**GO mater pulchrae dilectiónis, † et timóris, et agnitiónis, \* et sanctae spei. ʒ. Deo grátias.

ʒ. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.  
ʒ. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Nunc dimittis, Antiphona.

VII. a

**S**UB tu-um prae-sí-di-um confú-gimus, \* sancta De-i Gé-

nitrix: nostras depre-ca-ti-ónes ne despí-ci-as in ne-cessi-tá-

ti-bus: sed a per-í-cu-lis cunctis lí-be-ra nos semper, Virgo



glo-ri-ó-sa et be-ne-dícta. E u o u a e.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

ŷ. Dóminus vobíscum. ʀ. Et cum spírítu tuo.

*Oratio.*

**B**EATAE et gloriósae semper Vírginis Maríae, quaesumus Dómine, intercésio gloriósa nos próteget, \* et ad vitam perdúcat aetérnam. Per Dóminum nostrum.

**Ad Laudes, et per Horas.**

*Antiphona.* Assúmpta est, cum reliquis ut in Assumptione B. M. V., 690. *Ps.* Dóminus regnávít, cum reliquis de Dominica ut in Psalterio 1º loco, tam in isto quam in duobus seq. Officiis, nempe in Adventu, et post Nativitatem.

CAPITULUM.

*Cant. 6. c.*

**V**IDERUNT eam filiae Sion, † et beatíssimam praedicavérunt, \* et regínae laudavérunt eam. ʀ. Deo grátias.

*Hymnus.* O gloriósa Vírginum. [83].

ŷ. Benedícta tu in muliéribus.

ʀ. Et benedíctus fructus ventris tui.

*Ad Benedictus, Antiphona.* Beáta Dei Génitrix María. [88].

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

ŷ. Dóminus vobíscum. ʀ. Et cum spírítu tuo.

*Oratio.*

**D**EUS, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: \* praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, ejus apud te intercessió-nibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ʀ. Amen.

*Pro Sanctis, Ant.* Sancti Dei, ut supra, [90].

**Ad Primam.**

Ave María. ŷ. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto. [91].

*Ant.* Assúmpta est María in coelum.

*Psalmus.* Deus in nómine tuo. 11. *Ps.* Benedixísti. 144. *Ps.* Laudáte Dóminum omnes gentes. 61.

CAPITULUM.

*Cant. 6. c.*

**Q**UAE est ista, quae progréditur quasi auróra consúrgens, † pulchra ut luna, elécta ut sol, \* terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

ŷ. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

℞. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kyrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui virginálem aulam beátae Maríae, in qua habitáres, elígere dignátus es: † da, quaesumus; ut sua nos defénsiône munítos, \* jucúndos fácias suae interésse commemoratióni. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

### Ad Tertiam.

Ave María. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto. [91].

*Antiphona.* María Virgo assúpta est.

*Ps.* Ad Dóminum. 83. *Ps.* Levávi. 84. *Ps.* Laetátus sum. 84.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**E**T sic in Sion firmáta sum, † et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, \* et in Jerúsalem potéstas mea.

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

℞. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Kyrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui salútis aetérnae, beátae Maríae virginitáte foecúnda, humano géneri praémia praestitísti: † tríbue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, \* per quam merúimus auctórem vitae suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit.

### Ad Sextam.

Ave María. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto. [91].

*Antiphona.* In odórem.

*Ps.* Ad te levávi. 101. *Ps.* Nisi quia. 102. *Ps.* Qui confidunt. 102.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**E**T radicávi in pópulo honorificáto; † et in parte Dei mei haeréditas illíus, \* et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

ŷ. Benedícta tu in muliéribus.  
 ʒ. Et benedíctus fructus ventris tui.  
 Kyrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

*Oratio.*

**C**ONCEDE, miséricors Deus, fragilitáti nostrae praesídium: † ut qui sanctae Dei Genitricis memóriam ágimus, \* intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitatibus resurgámus. Per eúndem Dóminum.

**Ad Nonam.**

Ave María. Deus in adjutórium. *Hymnus.* Meménto. [91].  
*Antiphona.* Pulchra es.  
*Ps.* In converténdo. 103. *Ps.* Nisi Dóminus. 103. *Ps.* Beáti omnes. 119.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**I**N platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi: † quasi myrrha elécta, \* dedi suavitátem odóris.

. Post partum Virgo invioláta permansísti.

ʒ. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

Kyrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

*Oratio.*

**F**AMULORUM tuórum, quaesumus Dómine, delíctis ignósce: † ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, \* Genitricis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur. Qui tecum vivit et regnat.

**Officium B. Mariae Virginis in Adventu.**

**Ad Vesperas.**


*Antiphonae et Capit. de Laudibus,* [96]. *Psalmi ut in Festis B. M. V.,* [77].  
*Hymnus.* Ave maris stella. [86].

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.


ʒ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

VIII. G



**S** PI-RI-TUS Sanctus \* in te descéndet Ma-rí-a: ne tí-



E u o u a e.


Kyrie eléison. *etc.* Dóminus vobíscum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscipere voluísti: † praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, \* ejus apud te intercessiónibus adjuvémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ʀ. Amen.

*Haec Oratio dicitur etiam ad omnes Horas, sed cum conclusione integra:* Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, † qui tecum, *etc.*

Pro Sanctis, ad Vesperas et Laudes tantum.



et e-rit in di-e il-la lux magna, alle-lú-ia.

ʁ. Ecce apparebit Dóminus super nubem cándidam.

ʀ. Et cum eo Sanctórum míllia.

*Oratio.*

**C**ONSCIENTIAS nostras, quaesumus Dómine, visitándo purifica: \* ut véniens Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat.

**Ad Completorium.**

*Psalmi et Hymnus ut supra extra Adventum, [91].*

CAPITULUM.

*Isaiae 7. c.*

**E**CCE Virgo concípíet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. \* Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum. ʀ. Deo grátias.

ʁ. Angelus Dómini nuntiávit Maríae.

ʀ. Et concépit de Spíritu Sancto.


*Ad Nunc dimittis, Antiphona. Spíritus Sanctus, ut in Vesperis.*

*Kyrie eléison. et reliqua cum Oratione Deus, qui de beátae (cum conclusione integra), ut supra.*

### Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
VIII. G\*

**M**ISSUS est \* Gábri-el Ange-lus ad Ma-rí-am Vírgi-nem



desponsá-tam Jo-seph. E u o u a e. *Psalmi de Dominica.*

2. Ant.  
I. g


**A**-VE Ma-rí-a, \* grá-ti-a ple-na: Dóminus te-cum: bene-




dícta tu in mu-li-é-ri-bus, al-le-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G

**N**E tíme-as \* Ma-rí-a, inve-ní-sti grá-ti-am apud Dó-




mí-num: ecce concí-pi-es, et pá-ri-es fí-li-um, al-le-lú-ia.



E u o u a e.


4. Ant.  
I. f

**D**A-BIT e-i Dómi-nus \* se-dem Da-vid patris e-jus, et re-



gná-bit in ae-térnum. E u o u a e.



5. Ant. 

VIII. c

**E** C-CE ancil-la Dómi-ni: \* fi- at mi-hi se-cúndum verbum  
tu-um. E u o u a e.

CAPITULUM.

*Isaiae 11.*

**E**GREDIETUR virga de radice Jesse, † et flos de radice ejus ascendet. \*  
Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

*Hymnus.* O gloriósa Vírginum. [83].

ŷ. Benedícta tu in muliéribus.

ꝛ. Et benedíctus fructus ventris tui.

*Ad Benedictus, Ant.* Spíritus Sanctus, cum reliquis ut supra in Vesperis.

*Ad Horas, Antiphonae de Laudibus; Hymnus et Psalmi dicuntur sicut ante Adventum, [92].*

**Ad Primam.**

CAPITULUM.

*Isaiae 7. c.*

**E**CCE Virgo concípíet, et páriet filium, † et vocábitur nomen ejus  
Emmánuel. \* Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum,  
et elígere bonum.

ŷ. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

ꝛ. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Kyrie eléison. *etc. Oratio.* Deus, qui de beátae, cum integra conclusione.

**Ad Tertiam.**

*Capit.* Egrediétur virga, e Laudibus.

ŷ. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.

ꝛ. Proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Lucae 1. d.*

**D**ABIT illi Dóminus Deus sedem David patris ejus, † et regnábít  
in domo Jacob in aetérnum, \* et regni ejus non erit finis.

ŷ. Benedícta tu in muliéribus.

ꝛ. Et benedíctus fructus ventris tui.

**Ad Nonam.**

*Capit.* Ecce Virgo, ut ad Primam.

ŷ. Angelus Dómini nuntiávit Maríae. ꝛ. Et concépit de Spíritu Sancto.

### Post Nativitatem usque ad Purificat. inclusive.

*Officium B. Mariae dicitur ut extra Adventum, exceptis his quae sequuntur.*

**Ad Laudes, et per Horas, Antiphona.** O admirabile commercium, cum reliquis, ut in Circumcisione, 258. *Psalmi de Dominica.*

*Ad Benedictus, Antiphona.* Mirabile mysterium. 260.

*Kyrie eléison. etc. Oratio.* Deus, qui salutis. 260.

*Et dicitur ad omnes Horas, sed in eis additur:* Qui tecum vivit et regnat, etc.

*Pro Sanctis, Antiphona.* Sancti Dei. [90].

*Reliquum Officium in aliis Horis, ut extra Adventum.*

**Ad Vesperas, Antiphonae de Laudibus.** *Reliqua ut ante Adventum, praeter ad Magnificat, et ad Nunc dimittis, Ant.* Magnum. 261. *Oratio.* Deus, qui salutis. 260.

### Tempore Paschali.

*Officium B. Mariae Virginis dicitur sicut extra Adventum, sed ad Benedictus, ad Magnificat et ad Nunc dimittis, dicitur Ant.* Reginae coeli. [89].

*Antiphonis autem, ¶¶. et ¶¶. non additur in fine Alleluia.*

## Officium Defunctorum.

*Dicitur in choro in die depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate et ecclesiarum consuetudine. In die vero depositionis, in die post acceptum mortis nuntium, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, etiam late sumpto, et quoties solemniter celebratur Officium, duplicantur Antiphonae; et in fine Psalmorum dicitur: Réquiem aeternam \* dona eis Dómine. Et lux perpétua \* luceat eis. etiam si pro uno tantum fiat Officium.*

*In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, omnia dicuntur ut notatur in Antiphonario, 758.*

### Ad Vesperas.

*Absolute incipitur.*

1. Ant. 

III. b 

**P** LA-CEBO Dómino \* in re-gi-ó-ne vi-vórum. E u o u a e.

#### Psalmus 114.

**D**ILEXI, quóniam exáudiet Dóminus \* vocem oratiónis meae.

Quia inclinávit aurem suam mihi: \*  
et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: \* et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni: \* et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: †

miséricors Dóminus, et justus, \* et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: \* humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam: \* quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de


morte: † óculos meos a lácrimis, \* pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino \* in regióne vivórum.

*In fine omnium Psalmorum dicitur:*

Réquiem aetérnam \* dona eis Dómine.


Et lux perpétua \* lúceat eis.




Pla-cébo Dómino in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.

2. Ant.

II. D



**H** E-U me! \* qui-a inco-lá-tus me-us pro- longá-tus est.



E u o u a e.

**Psalmus 119.**

**A**D Dóminum cum tribulárer clamávi: \* et exaudivit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, \* et a lingua dolósa.


Quid detur tibi, aut quid apponá-tur tibi, \* ad linguam dolósam?

Sagíttae poténtis acútae, \* cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est: † habitávi cum habitántibus Cedar: \* multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem eram pacíficus: \* cum loquébar illis, impugná-bant me gratis.


Réquiem aetérnam.




He- u me! qui-a inco-lá-tus me- us pro- longá-tus est.

3. Ant.

VIII. G\*



**D** OMI-NUS \* custó-dit te ab omni ma-lo: custó-di- at á-ni-



mam tu-am Dómi-nus. E u o u a e.

## Psalmus 120.

**L**EVAVI óculos meos in montes, \*  
unde véniet auxiliúm mihi.

Auxílium meum a Dómino, \* qui  
fecit coelum et terram.

Non det in commoti6nem pedem  
tuum: \* neque dormítet qui cust6-  
dit te.

Ecce non dormitábit neque d6r-  
míet, \* qui cust6dit Israél.

D6minus cust6dit te, D6minus pro-


tectio tua, \* super manum d6xteram  
tuam.

Per diem sol non uret te: \* neque  
luna per noctem.

D6minus cust6dit te ab omni ma-  
lo: \* cust6diat ánimam tuam D6-  
minus.

D6minus cust6diat intr6itum tuum  
et éxitum tuum, \* ex hoc nunc, et  
usque in saéculum.


Réquiem aetérnam.




D6minus cust6-dit te ab omni ma-lo: cust6-di-at á-ni-



mam tu-am D6mi-nus.



**S**i in-i-qui-tá-tes \* observá-ve-ris D6mi-ne: D6mi-ne, quis



susti-né-bit? E u o u a e.

## Psalmus 129.

**D**E profúndis clamávi ad te D6-  
mine: \* D6mine exáudi vocem  
meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in  
vocem deprecati6nis meae.

Si iniquitátes observáveris D6-  
mine: \* D6mine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et pro-  
pter legem tuam sustínui te D6mine.

Sustínuit ánima mea in verbo  
ejus: \* sperávit ánima mea in D6-  
mino.

A cust6dia matutína usque ad no-  
ctem, \* speret Israél in D6mino.


Quia apud D6minum miseric6r-  
dia: \* et copi6sa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israél \* ex ómni-  
bus iniquitátibus ejus.

Réquiem aetérnam.




Si in-i-qui-tá-tes observá-ve-ris D6mi-ne: D6mi-ne, quis




susti-né-bit?

5. Ant.

II. D



- PE- RA \* mánu- um tu- á- rum, Dómi- ne, ne despí-



ci- as. E u o u a e.

**Psalmus 137.**

**C**ONFITEBOR tibi Dómine in toto corde meo: \* quóniam audisti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: \* adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua et veritate tua: \* quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: \* multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes

reges terrae: \* quia audierunt ómnia verba oris tui:

Et cantent in viis Dómini: \* quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília respicit: \* et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: † et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, \* et salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retríbuet pro me: † Dómine misericórdia tua in saeculum: \* ópera mánuum tuárum ne despicias. Réquiem aetérnam.


Anti-  
phona.



O-pe-ra mánu-um tu-á- rum, Dómi- ne, ne despí- ci- as.




Ÿ. Audí- vi vo- cem de coe- lo di- cén- tem mi- hi.



Ÿ. Be- á- ti mórtu- i qui in Dómi- no mo- ri- úntur.

**Ad Magnificat, Antlphona.**


VII. c



- MNE \* quod dat mi- hi Pa- ter, ad me vé- ni- et:



et e-um qui ve-nit ad me, non e-jí-ci-am fo-ras. *Cant. Ma-*



gní-fi-cat \* á-nima me- a Dómi-num. Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us.

**Canticum B. Mariae Virginis.**

**M**AGNIFICAT \* ánima mea Dómi-num.

Et exsultávit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllae suae: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* tíméntibus eum.


Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \* et exaltávit húmiles.


Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum, \* recordátus misericórdiae suae.

Sicut locútus est ad patres nostros, \* Abraham et sémini ejus in saécula.




Réqui-em ae-térnam \* dona e- is Dómi-ne. Et lux perpé-




tu-a \* lú-ce- at e- is.

**Anti-  
phona.**



Omne quod dat mi-hi Pa- ter, ad me vé-ni- et: et



e- um qui ve-nit ad me, non e-jí-ci-am fo-ras.

*Preces infrascriptae dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.*


Pater noster. *secreto.*

¶. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

✠. Sed libera nos a malo.

*Sequens Psalmus Lauda ánima mea non dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, neque quando Officium fit ritu duplici; alias semper dicitur.*

## Psalmus 145.



vi-ta me- a: \* psallam De- o me- o quám-di- u fú- e-ro.

Nolite confidere in princípibus: \* in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, † spes ejus in Dómino Deo ipsíus: \* qui fecit coelum et terram, mare, et ómnia quae in eis sunt.

Qui custódit veritátem in saéculum, † facit judícium injúriam patióntibus: \* dat escam esuriéntibus,

Dóminus solvit compedítos: \* Dóminus illúminat caecos.

Dóminus érigit elífos, \* Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, † pupíllum et víduam suscípiet: \* et vias peccatórum dispédet.

Regnábit Dóminus in saécula, Deus tuus Sion, \* in generatiónem et generatiónem.

Réquiem aetérnam \* dona eis Dómine.

Et lux perpétua \* lúceat eis.

*Deinde*

ŷ. A porta ínferi.

ꝛ. Erue Dómine ánimam ejus. [ánimas eórum.]

ŷ. Requíescat in pace. [Requíescant in pace.] ꝛ. Amen.

ŷ. Dómine exáudi oratiónem meam.

ꝛ. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum. ꝛ. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

*Dicitur Oratio conveniens ex iis quae sequuntur; deinde ŷ. Réquiem aetérnam, etc., ut infra, [106].*

### In die depositionis Defuncti.

*Oratio.*

**A**BSOLVE, quaésumus Dómine, ánimam fámuli tui *N.*, ut defúnctus saéculo tibi vivat: † et quae per fragilitátem carnis humana conversatióne commísit, \* tu vénia misericordíssimae pietátis abstérge. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, \* per ómnia saécula saeculórum. ꝛ. Amen.

*Si fuerit femina, dicitur: ánimam fámulae tuae *N.*, ut defúncta.*

*Vel alia Oratio.*

**D**EUS, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplīces  
 Dēxorámus pro ánima fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*), quam  
 hódie de hoc saéculo migráre jussísti: † ut non tradas eam in manus  
 inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis  
 súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; \* ut quia in te sperávit et  
 crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat.  
 Per Dóminum nostrum.

**In die tertio, septimo et trigesimo depositionis Defuncti.***Oratio.*

**Q**UAESUMUS Dómine, ut ánimae fámuli tui *N.* (fámulae tuae *N.*),  
 cujus depositiōnis diem tértium (*vel séptimum, vel trigésimum*)  
 commemorámus, † Sanctórum atque electórum tuórum largíre dignéris  
 consórtium; \* et rorem misericórdiae tuae perénnem infúndas. Per  
 Dóminum nostrum.

**In Anniversario.***Oratio.*

**D**EUS indulgentiárum Dómine: † da ánimae fámuli tui *N.* (fámulae  
 tuae *N.*, *vel* animábus famulórum famularúmque tuárum), cujus  
 (quorum) anniversárium depositiōnis diem commemorámus, \* refri-  
 gérii sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum  
 nostrum.

**Pro Summo Pontífice defuncto.***Oratio.*

**D**EUS, qui inter summos sacerdotés fámulum tuum *N.* ineffábili tua  
 dispositiōne connumerári voluísti: † praesta, quaesumus; ut qui  
 unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, \* sanctórum tuórum Pontífi-  
 cum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nostrum.

**Pro defuncto Episcopo.***Oratio.*

**D**EUS, qui inter apostólicos sacerdotés fámulum tuum *N.* pontifi-  
 cáli fecísti dignitáte vigére: † praesta, quaesumus; \* ut eórum  
 quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum.

*Si fuerint plures, dicitur in numero plurali.*

*Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur:* fámulum tuum *N.* Episcopum  
 Cardinálem pontificáli fecísti dignitáte.



*Pro Presbytero Cardinali (Episcopo) defuncto: fámulum tuum N. Presbyterum Cardinále[m] pontificáli fecísti.*

*Pro Presbytero (vel Diacono) Cardinali (Sacerdote) defuncto: fámulum tuum N. Presbyterum (Diáconum) Cardinále[m] sacerdotáli fecísti.*

*Pro Diacono autem Cardinali, qui in ordine Presbyteratus non fuerit constitutus, dicatur Oratio Inclína Dómine, quae habetur paulo infra, hoc modo: ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc saéculo, etc.*

### **Pro defuncto Sacerdote.**

*Oratio.*

**D**EUS, qui inter apostólicos sacerdotés fámulum tuum *N.* sacerdotáli fecísti dignitaté vigére: † praesta, quaesumus; \* ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum.

*Vel Oratio.*

**P**RAESTA, quaesumus Dómine: † ut ánimá fámuli tui *N.* Sacerdotís, quem in hoc saéculo commorántem, sacris munéribus decorásti, \* in coelésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Dóminum nostrum.

### **Pro uno Defuncto.**

*Oratio.*

**I**NCLINA Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: † ut ánimam fámuli tui *N.*, quam de hoc saéculo migráre iussísti, in pacis ac lucis regióné constituas, \* et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum nostrum.

### **Pro una Defuncta.**

*Oratio.*

**Q**UAESUMUS Dómine, pro tua pietáte miserére ánimae fámulae tuae *N.*: † et a contágiis mortalitátis exútam, \* in aetérnae saluatiónis partem restítue. Per Dóminum nostrum.

### **Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus.**

*Oratio.*

**D**EUS, véniae largítor et humánae salútis amátor: † quaesumus cleméntiam tuam; ut nostrae congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres qui ex hoc saéculo transiérunt, \* beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitudinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum nostrum.

## [In Commem. Omnium Defunctorum alicujus Ordinis].

*Oratio.*

**D**EUS, véniae largítor et humánae salútis amátor: † quaésumus cleméntiam tuam; ut nostrae Congregatiónis Fratres qui ex hoc saéculo transiérunt, \* beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuae beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.


**In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.**

*Oratio.* Fidélium Deus, ut supra notatur in Antiphonario, 759.

¶ *Post Orationem dicitur (semper plurali numero).*

ŷ. Réquiem aetérnam dona eis Dómine.

✠. Et lux perpétua líceat eis.



ŷ. Réqui-éscant in pa-ce. ✠. Amen.

**AD LAUDES.**

1. Ant.

I. f

**E**XSULTABUNT Dómi-no \* ossa humi-li-á-ta. E u o u a e.

*Ps.* Miserére. 8.

2. Ant.

VIII. G

**E**X-AUDI Dómi-ne \* o-ra-ti-ónem me-am: ad te omnis

ca-ro vé-ni-et. E u o u a e.

*Ps.* Te decet hymnus. 107.

3. Ant.

VII. c

**M**E suscé-pit \* déxte-ra tu-a, Dómi-ne. E u o u a e.

*Ps.* Deus, Deus meus. 3.

4. Ant.

II. D

A

porta ínfe-ri \* é-ru-e Dómi-ne á-nimam me-am.

E u o u a e. *Cant. Ezechiae. Ego dixi in dimídio. 93.*

5. Ant.

VII. a

O

-MNIS spí-ri-tus laudet Dómi-num. E u o u a e.

*Ps. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. 164.*

ŷ. Audí-vi vo-cem de coe-lo di-céntem mi-hi.

ꝛ. Be-á-ti mórtu-i qui in Dómi-no mo-ri-úntur.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

II. D

E

-GO sum \* re-surrécti-o et vi-ta: qui cre-dit in me,

é-ti-am si mórtu-us fú-e-rit, vi-vet: et omnis qui vi-vit et

cre-dit in me, non mo-ri-é-tur in ae-térnum. *Cant. Bene-díctus.*

*Canticum Zachariae.*

BENEDICTUS Dóminus Deus Israël: \*  
quia visitávit, et fecit redempti-  
onem plebis suae.

Et eréxit cornu salútis nobis, \* in  
domo David pueri sui:

Sicut locúsus est per os sanctó-  
rum, \* qui a saéculo sunt, prophetá-  
rum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, \* et  
de manu ómnium qui odérunt nos:  
Ad faciéndam misericórdiam cum

pátribus nostris: \* et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, \* datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, \* serviámus illi:

In sanctitáte et justítia coram ipso, \* ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi

vocáberis: \* praefbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus:


Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus, \* in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiae Dei nostri: \* in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: \* ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.



Réqui-em ae-térnam \* dona e-is Dómi-ne. Et lux perpé-



tu-a \* lú-ce-at e-is.

*Et repetitur Antiphona Ego sum.*


*Deinde flexis genibus Pater noster. secreto usque ad ♯. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ♯. Sed libera nos a malo.*

#### Psalmus 129.

*(Qui dicitur tantum quando in Vesperis dictus est Ps. Lauda ánima.)*



**D**E pro-fúndis clamá-vi ad te Dómi-ne: \* Dómi-ne exáu-



di vo-cem me-am.

Fiant aures tuae intendéntes \* in vocem deprecatiónis meae.

Si iniquitátes observáveris Dómine: \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: \* et propter legem tuam sustíni te Dómine.

Sustínuít ánima mea in verbo ejus: \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, \* speret Israël in Dómino.


Quia apud Dóminum misericórdia: \* et copiósa apud eum redéptio.

Et ipse rédimet Israël \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem aetérnam \* dona eis Dómine.

Et lux perpétua \* lúceat eis.

*Deinde dicuntur Preces, et Oratio conveniens, ut supra in Vesperis, [103].*



# OFFICIA PROPRIA PRO ALIQUIBUS LOCIS

FESTA DECEMBRIS.

## 10. Translationis Almae Domus Lauretanae.

*Duplex majus.*

### In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Festis B. M. V.  
Hymnus. Ave maris stella. [80].*

ŷ. Haec est domus Dómini firmiter aedificáta.

ꝛ. Bene fundáta est supra firmam petram.

*Ad Magnificat, Antiphona. Sanctificávit. [71].*


*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Comm. Feriae, et S. Melchiadis Papae Martyris, tantum.*


*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

### Ad Laudes, et per Horas.

1. Antiphona. VII. a.



OMUM tu- am Dómi-ne \* de-cet sancti-tú-do, in longi-



tú-dinem di- é-rum. E u o u a e.

2. Ant.  
VIII. G

**D**OMUS me-a \* do-mus o-ra-ti-ó-nis vo-cá-bi-tur: in  
e-a omnis qui pe-tit, ácci-pit: et qui quae-rit, ínve-nit: et pul-  
sánti a-pe-ri-é-tur. E u o u a e.

3. Ant.  
I. f

**P**ROPTER domum \* Dómi-ni De-i nostri, quae-sí-vi bo-na  
ti-bi. E u o u a e.

4. Ant.  
VIII. c

**D**OMI-NE De-us, \* ex-altásti super terram ha-bi-ta-ti-ónem  
me-am. E u o u a e.

5. Ant.  
I. a 3

**D**O-MUM \* ma-jestá-tis me-ae, et lo-cum pedum me-ó-rum  
glo-ri-fi-cábo. E u o u a e.

CAPITULUM.

*Eccli. 24.*

**I**N ómnibus réquiem quaesívi, et in haereditáte Dómini morábor. †  
Tunc praecépit, et dixit mihi Créator ómnium: \* et qui creávit  
me, requiévit in tabernáculo meo.


*Hymnus. Alto ex Olympi, ut in Dedicacione Ecclesiae, [72].*

ψ. Introibimus in tabernaculum ejus.

ṙ. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

*I. r.*



**E**c-ce ta-berná-cu-lum De-i \* cum homí-ni-bus, et ha-bi-  
tá-bit cum e-is: et ipsi póp-u-lus e-jus e-runt, et ipse De-us  
cum e-is e-rit e-ó-rum De-us. E u o u a e.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatae Mariae Virginis domum per incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiae tuae mirabiliter collocasti: † concede; ut segregati a tabernaculis peccatorum, \* digni efficiamur habitatores domus sanctae tuae. Per eundem Dominum.

*Comm. Ferae, et S. Melchiadis Papae, Martyris.*

**Ad Primam, in ṙ. brevi, ψ.** Qui natus es de Maria Virgine. 16.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. In omnibus, e Laudibus.*

*ṙ. br.*



**H**ic domus De-i est, \* Et por-ta coe-li. ψ. Et vo-cá-  
bi-tur aula De-i. Gló-ri-a Patri.

ψ. Dómine diléxi decórem domus tuae.

ṙ. Et locum habitatiónis gló-ri-ae tuae.

**Ad Sextam.**


**CAPITULUM.**

*Eccli. 24. b.*

**E**T sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. † Et radicavi in populo

honorificatio, et in parte Dei mei haereditas illius, \* et in plenitudine sanctorum detentio mea.

℞. br.



**D**OMI-NE di-lé-xi \* Decó-rem do- mus tu-ae. ŷ. Et locum ha-

bi-ta-ti-ónis gló-ri-ae tu-ae. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Domum tuam Dómine decet sanctitúdo.

℞. In longitúdinem diérum.


### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. b.*

**I**N platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatizans odórem dedi: † quasi myrrha elécta, \* dedi suavitátem odóris.

℞. br.



**D**OMUM tu- am Dómi- ne \* De- cet san- cti- tú- do. ŷ. In longi-

tú- di- nem di- é- rum. Gló- ri- a Patri.

ŷ. Hic domus Dei est, et porta coeli.

℞. Et vocábitur aula Dei.

### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

*Ad Magnificat, Ant. O quam metuendus est. [76].*

## 18. In Expectatione Partus B. Mariae V.

*Duplex majus.*

### In I. Vesperis.

*Antiphona. Missus est, cum reliquis ut in Officio B. M. V. in Adventu, [96].  
Psalmi de Festis B. M. V. Capitulum ut infra ad Laudes.*


*Hymnus. Créator alme síderum. 185.*

ŷ. Ave María, grátia plena. ℞. Dóminus tecum.




## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. G



**S** PI-RI-TUS Sanctus \* in te descéndet, Ma-rí-a: ne tí-me-as,




ha-bé-bis in ú-te-ro Fí-li-um De-i, alle-lú-ia. E u o u a e.


*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Pro comm. Adventus, Ant. O Sapiéntia. 205.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur ut in Adventu ad Tertiam, 190; et in fine dicitur:*



Virtus, honor, laus, gló-ri-a De-o Patri cum Fí-li-o, Sancto



simul Pa-rácli-to, In saecu-lórum saécu-la. A-men.

## Ad Laudes, et per Horas.

*Antiphona. Missus est Gábiel, cum reliquis ut in Officio B. M. V. in Adventu, [96]. Psalmi de Dominica.*

CAPITULUM.

*Isaiae 11.*

**E**GREDIETUR virga de radíce Jesse, † et flos de radíce ejus ascéndet. \* Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

*Hymnus. En clara vox redárguit. 189.*

ŷ. Spíritus Sanctus supervéniet in te.


ꝛ. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G



**S** UPER só-li-um \* Da-vid, et super regnum e-jus se-



dé-bit in ae-térnum. E u o u a e.

*Oratio.*


**D**EUS, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: † praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitrícem Dei crédimus, \* ejus apud te intercessió-nibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam, in R. brevi, V. Qui ventúrus es in mundum. 16.

**Ad Tertiam.**

Capitulum. Egrediétur, e Laudibus.

R. br.



**T**U exsúrgens Dómi-ne \* Mi-se-ré-be-ris Si-on. V. Qui-a tem-  
pus mi-se-ré-ndi e-jus, qui-a ve-nit tempus. Gló-ri-a Patri,

et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

V. Roráte coeli désuper, et nubes pluant justum.

R. Aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.


**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Isaiae 7. c.*

**E**CCE virgo concípíet, et páriet fílium, † et vocábitur nomen ejus Emmánuel. \* Butýrum et mel cómedet, ut sciat reprobáre malum, et elígere bonum.

R. br.



**R**ORA-TE coe-li dé-super, \* Et nubes plu-ant justum. V. Ape-

ri-á-tur terra, et gérmí-net Salva-tórem. Gló-ri-a Patri.

V. Emítte Agnum Dómine dominatórem terrae.

R. De petra desér-ti ad montem filiae Sion.


**Ad Nonam.**

CAPITULUM.


*Isaiae 45. b.*

**R**ORATE coeli désuper, et nubes pluant justum: † aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem, et justítia oriátur simul: \* ego Dómi-nus creávi eum.

R. br.



**E** - MITTE Agnum Dómi-ne \* Domi-na-tó-rem terrae. ŷ. De



petra de-sérti ad montem fi-li-ae Si-on. Gló-ri-a Patri.


ŷ. Spíritus Sanctus supervéniet in te.

ꝛ. Et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.


## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter 5. Antiphonam et Psalmum, cujus loco dicitur:*

5. Ant.  
VIII. G




**D**E fructu \* ventris tu- i ponam super sedem tu-am.




E u o u a e. Ps. Meménto Dómine David. [45].

### Ad Magnificat, Antiphona.


II. D




**O** Virgo vírgi-num, \* quómo-do fi-et istud? qui-a nec



primam sí-mi-lem ví-sa es, nec habé-re sequéntem. Fí-li-ae



Je-rú-sa-lem, quid me admi-rá-mi-ni? Di-ví-num est mysté-



ri-um, hoc quod cérni-tis. E u o u a e.

*Pro comm. Adventus, Ant. O Adónai. 206.*

## 26. Commemoratio Omnium SS. Martyrum

in Festo S. Stephani Protomartyris.

*In II. Vesperis Nativitatis Domini. Ant. Istórum est enim. [31]. v. Laetámini in Dómino.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos ánnua sanctorum Mártýrum tuórum commemoratióne laetíficas: \* concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémpis. Per Dóminum.

*Ad Laudes, Ant. Vestri capílli. [33]. v. Exsultábunt.*

*In II. Vesperis, Ant. Gaudent in coelis. [36]. v. Exsultábunt.*

*Alibi haec Commemoratio fit ut sequitur.*

**In I. Vesperis.**

Ant. VIII.

ISTI sunt Sancti, \* quos e-lé-git Dómi-nus in ca-ri-tá-te

non ficta: et de-dit il-lis gló-ri-am sempi-térnam.

v. Justi epuléntur et exsúltent in conspéctu Dei.

ꝛ. Et delecténtur in laetítia.

*Oratio.*

**D**EUS, qui glorificáris in concílio sanctorum Mártýrum tuórum: \* réspice ad preces humilitátis nostrae; ut quorum solémnia celebrámus, eórum précibus adjuvári mereámur. Per Dóminum.

**In Laudibus.**

Ant. III.

SANCTI tu- i Dómi-ne \* semper bene-dí-cant te, et gló-ri-am

regni tu- i di-cant.

v. Mirábilis Deus in Sanctis suis.

ꝛ. In Sanctis ejus laudáte Deum.

## In II. Vesperis.

Ant.

V.

**D**

ICO autem vo-bis \* amí-cis me- is: ne ter-re-ámi-ni

ab his qui occí-dunt corpus, á-nimam autem non possunt oc-

cí-de-re.

Ÿ. Justi autem in perpétuum vivent.

R̄. Et apud Dóminum est merces eórum.

## FESTA JANUARIi.

## 3. S. Genovefæ Virginis.

*Oratio.*

**E**FFUNDE super nos, Dómine, spíritum agnitiónis et dilectiόnis tuæ, quo ancíllam tuam Genovéfam implevísti: † ut sédula ejus imitatióne tibi sincére obsequétes, \* fide tibi et ópere placeámus. Per Dóminum... in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Dominica III. post Epiphaniam.

## Sanctæ Familiae Jesu, Mariæ, Joseph.

*Duplex majus.*

## In I. Vesperis.

I. Ant.

L. g.

**J**

ACOB au-tem \* génu- it Jo-seph, vi-rum Ma-rí- ae, de

qua na-tus est Je-sus, qui vo-cá-tur Christus. E u o u a e.

*Psalmi ut in Festis B. M. V.*

2. Ant.  
VII. c**A**

NGELUS Dómi-ni \* appá-ru-it in somnis Joseph, di-cens:

Jo-seph, fi-li Da-vid, no-li timé-re accí-pe-re Ma-rí-am cón-

jugem tu-am: quod e-nim in e-a na-tum est, de Spí-ri-tu

Sancto est. E u o u a e.

3. Ant.  
VII. d**P**

ASTORES \* vené-runt festi-nántes, et inve-né-runt Ma-rí-am

et Joseph, et Infántem pó-si-tum in praesé-pi-o. E u o u a e.

4. Ant.  
II. D**M**

A-GI \* intrán-tes domum, inve-né-runt Pú-e-rum cum

Ma-rí-a Matre e-jus. E u o u a e.


5. Ant.  
I. f**E**

-RAT Pa-ter e-jus \* et Ma-ter mi-rántes super his

quae di-ce-bántur de il-lo. E u o u a e.

*Capitulum ut infra ad Laudes.*

## Hymnus.

II.  **O** lux be- á-ta Coé-li-tum, Et summa spes mor-tá-li-um:

 Je-su, o cui domésti-ca Arrí-sit orto cá-ri-tas:

María, dives grátia,  
O sola quae casto potes  
Fovére Jesum pectore,  
Cum lacte donans óscula:

Tuque ex vetústis pátribus,  
Delécte custos Vírginis,  
Dulci patris quem nómine  
Divína Proles ínvocat:

De stirpe Jesse nóbili  
Na-tí in salútem géntium,  
Audíte nos qui súpplícés  
Vestras ad aras sístimus.

Dum sol redux ad vésperum  
Rebus nitórem détrahit,  
Nos hic manéntes íntimo  
Ex corde vota fúndimus.


Qua vestra sedes flóruit  
Virtútis omnis grátia,  
Hanc detur in domésticis  
Reférre posse móribus.


Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ψ. Verbum caro factum est. Allelúia.

Ϟ. Et habitávit in nobis. Allelúia.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. G  **B** E-A-TI \* qui há-bi-tant in domo tu- a Dómi-ne: in saé-

 cu-la saecu-ló- rum laudábunt te. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes. Et fit commem. Dominicae occurrentis.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Nativitate Domini, 230.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
VIII. G

**P** OST trí-du-um, \* invené-runt Je-sum in templo, sedéntem

in mé-di-o doctó-rum, audi-éntem il-los et inter-ro-gántem

e-os. E u o u a e.

E u o u a e.

2. Ant.  
IV. E

**D** I-XIT Ma-ter Jesu ad il-lum: \* Fi-li, quid fe-cí-sti no-

bis sic? Ecce pa-ter tu-us et ego do-lén-tes quaerebámus te.

E u o u a e.

E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G

**D** ESCENDIT \* Jesus cum e-is, et ve-nit Ná-za-reth, et e-

rat súbdi-tus il-lis. E u o u a e.

E u o u a e.

4. Ant.  
II. D

**E** T Je-sus \* pro-fi-ci-é-bat sa-pi-énti-a, et ae-tá-te,

et grá-ti-a apud De-um et hó-mi-nes. E u o u a e.

E u o u a e.



5. Ant.  
VIII. G

**E**t di-cébant: \* Unde hu-ic sa-pi-énti-a haec, et virtú-tes?



Nonne hic est fabri fí-li-us? E u o u a e.


CAPITULUM.

Lucae 2.


**D**ESCENDIT Jesus cum María et Joseph, et venit Názareth, \* et erat súbditus illis.

Hymnus.

II.



**O**gente fe-lix hós-pi-ta, Augústa se-des Názarae: Quae



fo-vit alma Ecclé-si-ae, Et pró-tu-lit primórdi-a.

Sol, qui perérrat áureo  
Terras jacéntes lúmíne,  
Nil grátius per saécula  
Hac vidit aede, aut sánctius.

Ad hanc frequéntes cónvolant  
Coeléstis aulae núnctii:  
Virtútis hoc sacrárium  
Visunt, revísunt, éxcolunt.

Qua mente Jesus, qua manu,  
Optáta patris pérficit!  
Quo Virgo gestit gáudio  
Matérna obíre múnera!

Adest amóris párticeps  
Curaéque Joseph cónjugi,

Quos mille jungit néxibus  
Virtútis auctor grátia.

Hi diligéntes ínvicem  
In Jesu amórem cónfluunt,  
Utrique Jesus mútuae  
Dat caritátis praemia.

Sic fiat, ut nos cáritas  
Jungat perénni foédere,  
Pacémque alens domésticam  
Amára vitae tēperet!


Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ŷ. Ponam univérsos fílios tuos doctos a Dómino.


ŕ. Et multítudinem pacis fíliis tuis.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G



I LLU-MI-NA nos, Dómi-ne, \* ex-émplis Famí-li-ae tu-ae,



et dí-ri-ge pe-des nostros in vi-am pa-cis. E u o u a e.

## Oratio.

D OMINE Jesu Christe, qui Maríae et Joseph súbditus, domésticam vitam ineffabílibus virtútibus consecrásti: † fac nos, utriúsque auxílio, Famíliae sanctae tuae exémplis ínstrui; \* et consórtium cónsequi sempitérnum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.


*Commemoratio Dominicae occurrentis.*

Ad Primam, in R. br., V. Qui natus es de María Vírgine.


## Ad Tertiam.

*Capit. Descéndit Jesus, e Laudibus.*

R. br.



P ROPTER NOS egénus factus est, \* Cum es- set di-ves. V. Ut il-



lí-us inó-pi-a nos dí-vi-tes essémus. Gló-ri-a Patri.

V. Docébit nos Dóminus vias suas.

R. Et ambulábimus in sémitis ejus.

## Ad Sextam.

CAPITULUM.


Rom. 5.

S ICUT per inobediéntiam uníus hóminis peccatóres constitúti sunt multi: † ita et per uníus obeditiónem, \* justí constituéntur multi.

R. br.



D OCE-BIT nos Dómi-nus \* Vi- as su-as. V. Et ambu-lá-bimus



in sémi-tis e-jus. Gló-ri- a Patri.

ψ. Pauper sum ego, et in labóribus a juventúte mea.


℞. Exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

### Ad Nonam.


CAPITULUM.

*Philipp. 2.*

**S**EMETIPSUM exinanívit formam servi accípiens, † in similitúdinem hóminum factus, \* et hábitu invéntus ut homo.



**P**AUPER sum ego et in labó-ri-bus \* A juventú- te me-a.



ψ. Exaltá-tus autem, humi-li- á-tus sum et conturbá-tus. Gló-ri- a.

ψ. Ponam univérsos filios tuos doctos a Dómino.

℞. Et multitudínem pacis filiis tuis.

### In II. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Festis B. M. V.*

*Hymnus ut in I. Vesperis.*


ψ. Ponam univérsos filios tuos doctos a Dómino.

℞. Et multitudínem pacis fíliis tuis.

#### Ad Magnificat, Antiphona.



**M**ARI- A autem \* conservábat ómni- a verba haec, cónferens



in corde su-o. E u o u a e.

*Comm. Dominicae occurrentis.*

## 23. In Desponsatione B. M. V. cum S. Joseph.

*Duplex majus.*

### In I. Vesperis.


*Antiphonae de Laudibus; Psalmi, Capitulum, Hymnus et reliqua hic non propria ut in Festis B. M. V., [77].*

ψ. Desponsatio est hodie sanctae Mariae Virginis.

ϙ. Cujus vita incluta cunctas illustrat ecclesias.

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D 2



G LO-RI-O-SAE \* Virgi-nis Ma-ri-ae Desponsa-ti-ónem di-  
gníssi-mam re-co-lá-mus: quae et Ge-nitri-cis digni-tá-tem obtí-  
nu-it, et virgi-ná-lem pu-di-cí-ti-am non a-mí-sit.

E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*


*Post Orationem, fit commem. S. Joseph, ubi est concessa, ante alias quascumque commemoraciones. Ant. Exsurgens Joseph. 557. ψ. Constituit eum. Oratio. Sanctíssimae. 560.*

### Ad Laudes, et per Horas.

I. Ant.  
VIII. G



D ESPONSA-TI-O glo-ri-ósae \* Virgi-nis Ma-ri-ae, ex sé-  
mi-ne A-bra-hae, ortae de tri-bu Juda, cla-ra ex stirpe



Da-vid. E u o u a e.

2. Ant.  
VII. c




**D**ESPONSA-TI-O est hó-di-e \* sanctae Ma-rí-ae Virgi-nis,



cu-jus vi-ta íncl-y-ta cunctas il-lústrat ecclé-si-as. E u o u a e.


3. Ant.  
VI. F



**R**EGA-LI ex progé-ni-e \* Ma-rí-a ex-ór-ta re-fúl-get:



cu-jus pré-ci-bus nos adjuvá-ri men-te et spí-ri-tu de-vo-tís-




sime póscimus. E u o u a e.


4. Ant.  
VIII. G



**C**OR-DE et á-nimo \* Christo caná-mus gló-ri-am in hac



sacra so-lemni-tá-te praecél-sae Ge-nitri-cis De-i Ma-rí-ae.




E u o u a e.


5. Ant.  
VII. c



**C**UM jucundi-tá-te \* Desponsa-ti-ónem be-átae Ma-rí-ae ce-



lebrémus, ut ipsa pro no-bis intercéd-at ad Dómi-num Jesum




Christum. E u o u a e.

*Capitulum.* Ab iníto. [83]. *Hymnus.* O gloriósa Vírginum.

ŷ. Desponsátio est hódie sanctae Mariæ Vírginis.

ꝛ. Cujus vita ínclýta cunctas illústrat ecclé-sias.

#### Ad Benedictus, Antiphona.



**D**ESPONSA-TI-ONEM ho-di-érnam \* perpé-tu-ae Vírgi-nis



Ge-nitri-cis De-i Ma-rí-ae so-lémni-ter ce-lebrémus: qua cel-



si-túdo thro-ni pro-cés-sit, alle-lú-ia. E u o u a e.

#### *Oratio.*


**F**AMULIS tuis, quaesumus Dómine, coeléstis grátiae munus imper-tíre: † ut quibus beátæ Vírginis partus exstítit salútis exórdium, \* Desponsatiónis ejus votíva solémnitas pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum.

*Pro comm. S. Joseph, Ant. Ipse Jesus. 560. ꝛ. Os justi. Oratio. Sanctíssimæ.*


### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

#### Ad Magnificat, Antiphona.



**D**ESPONSA-TI-O tu-a, \* De-i Gé-ni-trix Virgo, gáudi-um an-



nunti- á-vit u-ni-vérso mundo: ex te e-nim ortus est Sol  
 justí-ti-ae, Christus De- us noster: qui solvens ma-le-dicti- ó-  
 nem, de-dit bene-dicti- ó-nem: et confúndens mortem, do- ná-vit  
 no- bis vi-tam sempi- térnám. E u o u a e.

*Pro comm. S. Joseph, Ant. Ecce fidélis. 562. †. Glórie et divítiae. Oratio. Sanctíssimae.*

## FESTA FEBRUARII.

### 4. B. Joannae Valesiae Viduae.

*Duplex.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui ad imitándum beátae Vírginis Filii tui Genitrícis virtútes, novum per beátam Joánnam sacrárum vírginum coetum instítui voluísti: † ejus méritis precibúsque concéde; \* ut per éadem gradiámur virtútum exémpla. Per eúndem Dóminum.

### 5. SS. Viginti sex Martyrum Japonensium.

*Duplex.*

*Oratio.*

**D**OMINE Jesu Christe, qui ad tui imitatiónem per crucis supplícium primitias fidei apud Japóniae gentes in sanctórum Mártyrum Petri Baptístae, Pauli et Sociórum sáanguine dedicásti: † concéde, quaésumus; ut quorum hódie solémnia cólimus, \* excitémur exémplis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

## 17. Fugae D. N. J. C. in Ægyptum.

*Duplex majus.*

## In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V.*

## Hymnus.

II.

**R** EGEM tre-méndae gló-ri-ae, De stirpe promís-sum Abrahae,

Ve-nisse re-ges índi-cant, Na-túmque re-gi núnti-ant.

Tyránnus ira flúctuat,  
Morti Puéllum déstinat,  
Sed Virgo Mater coélitus  
Edócta, ferro súbtrahit.

Deférre natum ad éxteras  
Festínat Ægýpti plagas:  
Nec jam quiéscit, Fílium  
Quoúsque tutum cónspicit.

At tu Parens fortíssima,  
Quae sancto amóre saúcia

Advérsa quaeque déspicis,  
Fugaéque damna sústines:

Tuis adésto sérvulis  
Rebus quibúsque in árduis:  
Quos culpa fecit éxsules,  
Redíre fac in pátriam.

Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

†. Accépit Joseph Púerum et Matrem ejus nocte.

‡. Et secéssit in Ægýptum.

## Ad Magnificat, Antiphona.



V. a

**E** c-ce Ange-lus Dómi-ni \* appá-ru-it in somnis Joseph, di-

cens: Surge, et ácci-pe Pú-e-rum et Matrem e-jus, et fu-ge in

Ægýptum, et esto i-bi usque dum di-cam ti-bi: fu-tú-rum est






E u o u a e.


*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Nati-  
vitate Domini, 230.*

### Ad Laudes, et per Horas.



**E**c-ce Ange-lus Dómi-ni \* appá-ru-it in somnis Joseph.




E u o u a e.




**S**URGE, \* et ácci-pe Pú- e-rum, et Matrem e- jus, et fu- ge



in Æ- gýptum. E u o u a e.




**E**-stro i- bi, \* usque dum di- cam ti- bi. E u o u a e.



**F**UTURUM est e- nim \* ut He-ródes quaerat Pú- e-rum ad per-



déndum e- um. E u o u a e.

5. Ant.  
III. a



**C**ONSURGENS Jo- seph, \* accé-pit Pú-e-rum et Matrem e-jus  
nocte, et se-céssit in Ægýptum. E u o u a e.

CAPITULUM.

*Isaiae 19.*

**E**CCE Dóminus ascéndet super nubem levem, et ingrediétur Ægý-  
ptum, † et commovebúntur simulácula Ægýpti a fácie ejus, \* et  
cor Ægýpti tabéscet in médio ejus.

Hymnus.



**V**E-RI To-nántis ú-ni-cum, Enses ca-véntem pérfidis, Cultu  
re- lícto númi-num, Ægýpte praesta sóspi-tem.

Heródis hunc immánitas  
Abíre cogit éxsulem:  
Sed dura nos Christi fuga  
Iter salútis édocet.

Virgo Prens dulcíssima,  
Quae mille per pérícula  
Dulcem feréndo párvulum,  
Invícta cursum cónficis:

Fac nos, solútis vínculis,  
Quae tendit astus daémonis,  
Per plana, per et áspera  
Nostrum sequámur Príncipem.

Jesu tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.


ψ. Gaude et laetáre Ægýpte.

Ϟ. Quía in médio tui Sanctus Israël.

Ad Benedictus, Antiphona.



**D**EFUNCTO He-róde, \* ecce Ange- lus Dómi-ni appá-ru- it  
in somnis Jo- seph in Ægýpto, di- cens: Surge, et ácci-pe



Pú- e-rum et Matrem e-jus, et va-de in terram Is-ra- el: de-fún-

cti sunt e-nim qui quaeré-bant á-nimam Pú-e-ri. E u o u a e.


*Oratio.*

**P**ROTECTOR in te sperántium Deus, qui Unigénitum tuum Redem-  
ptórem nostrum, ex Heródis gládio fuga in Ægýptum eripere  
voluísti: † concéde nobis fámulis tuis, beatíssima semper Vírgine  
ejus Matre María intercedénte; ut ab ómnibus mentis et córporis  
perículis liberáti, \* ad coeléstem pátriam perveníre mereámur. Per  
eúmdem Dóminum.

*Ad Primam, in R. br., V. Qui natus es de María Vírgine.*

*Ad Tertiam.*

*Capit. Ecce Dóminus, e Laudibus.*



**D**OMI-NUS \* Tamquam sponsus. V. Pro-cédens de thá-lamo

su- o. Gló-ri- a Patri.

V. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.


R. Véniet ut salvet pópulum suum.

*Ad Sextam.*

CAPITULUM.

*Ezech. 30. b.*

**H**AEC dicit Dóminus Deus: Dispérdam simulácra, et cessáre fá-  
ciam idóla de Memphis, † et dux de terra Ægýpti non erit  
ámplius, \* et dabo terrórem in terra Ægýpti.



**E**-GRE-DI- ETUR Dómi-nus \* De loco san-cto su-o. V. Vé-ni-et,



ut salvet pópu-lum su-um. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Vidérunt omnes fines terrae.

ꝛ. Salutáre Dei nostri.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

Isaiae 16.

**I**NI consílium, coge concílium: pone quasi noctem umbram tuam in merídie; abscondé fugiéntes, et vagos ne prodas. † Habitábunt apud te prófugi mei: \* esto latíbulum eórum a fácie vastatóris.

ꝛ. br.

**V**

I-DE-RUNT \* Omnes fi- nes terrae. ŷ. Sa-lu-tá-re De- i no-



stri. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Verbum caro factum est.

ꝛ. Et habitávit in nobis.

### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. G


**A**

U-DI-ENS Joseph \* quod Arche-lá-us regná-ret in Judaé-


a pro He-ró- de patre su-o, tímu-it il-lo i- re, et ad-

mó-ni-tus in somnis, se-céssit in par-tes Ga-li-laé-ae; et véni-ens

ha-bi-tá-vit in ci-vi-tá-te quae vocá-tur Ná-za- reth: ut adim-



Feria III, post Dominicam Septuagesimae.

**Orationis D. N. J. C. in Monte Oliveti.***Duplex majus.***In I. Vesperis.***Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum.***Hymnus.**

amó-re flagrans, Pérdi-tis culpa géni-tis medé-ri Per-git Adámi.

Flébilem mundi míserans ruínam,  
Et volens nostros reparáre casus,  
Orat, et prona véniam precátur  
Fronte magíster.

Flúctuat secum tot acérba vol-  
[vens:  
Hunc, ait supplex, cálicem dolóris,  
Mi Pater, transfer: tua sed volúntas,  
Non mea fiat.

Cum premat tristis pavor ima  
[cordis,  
Déficit languens Dóminus: per  
[artus

Sánguinis sudor fluit, atque guttis  
Terra madéscit.

At celer summo véniens Olým-  
[po  
Angelus Jesum récreat jacéntem:  
Córpori vires rédeunt, novóque  
Róbore surgit.

Laus, honor Patri, genitaéque  
[Proli,  
Cui datum nomen super omne  
[nomen,  
Et Paracléto decus atque virtus  
Omne per aevum. Amen.

ψ. Tristis est ánima mea. ϩ. Usque ad mortem.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. G

**P** O-SI-TIS gé-ni-bus, \* o-rá-bat di-cens: Pa-ter, si vis,  
 transfer cá-li-cem istum a me: ve-rúm tamen non me-a vo-lún-  
 tas, sed tu-a fi-at. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Complet. et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
IV. E


**V** E-NIT Jesus \* cum discí-pu-lis su-is in vil-lam quae dí-  
 ci-tur Gethsé-ma-ni, et di-xit il-lis: Sedé-te hic, donec vadam  
 il-luc, et o-rem. E u o u a e.

2. Ant.  
I. f

**E** T assúmpto Petro, \* et du-óbus fí-li-is Ze-bedaé-i,  
 coepit contristá-ri, et moestus esse. E u o u a e.


3. Ant.  
VII. a

**T** UNC a-it il-lis: \* Tristis est á-nima me-a usque ad mor-



tem: susti-né-te hic, et vi-gi-lá-te me-cum. E u o u a e.


4. Ant.  
III. a 2



**E**t progréssus pu-síl-lum, \* pró-ci-dit in fá-ci-em su-am,




o-rans et di-cens: Pa-ter mi, si possí-bi-le est, tránse-at a




me ca-lix iste. E u o u a e.

5. Ant.  
VIII. c



**P**A-TER mi, \* si non po-test hic ca-lix transí-re ni-si bi-



bam il-lum, fi- at vo-lúntas tu-a. E u o u a e.


CAPITULUM.

Matth. 26.

**V**ENIT Jesus ad discipulos suos, et invénit eos dormiéntes, † et dicit Petro: Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte et oráte, \* ut non intrétis in tentatióne.

### Hymnus.

I.



**V**ENIT e coe-lo Me-di-á-tor al-to, Quem sacri dudum ce-ci-



né-re va-tes: Parce moeró-ri lacrimís-que amá-ris, Fí-li-a Si-on.

Attulit mortem vetus hortus,  
[unde  
Culpa prodívit: novus iste vitam  
Hortus en affert, ubi nocte Jesus  
Pérmanet orans.

Víndicem placat Genitóris iram:  
Réprimit forti jaciénda dextra  
Fúlmina: occúrrit scéle-ri expián-  
[do  
Sponte Redémptor.


Sic teret duros láqueos avérni,  
Et diu clausam reserábit aulam,  
Nos ad aetérni révocans beáta  
Gáudia regni.

Laus, honor Patri, genitaéque  
[Proli,  
Cui datum nomen super omne  
[nomen,  
Et Paracléto decus atque virtus  
Omne per aevum. Amen.

ψ. Doce nos oráre. ϩ. Sic ergo vos orábitis.

Ad Benedictus, Antiphona.

III. a 2



F ACTUS in ago-ní-a, \* pro-lí-xi-us o-rá-bat, et factus est  
sudor e-jus sic-ut guttae sán-gui-nis de-curréntis in terram.

E u o u a e.


Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui in horto verbo et exémplo nos oráre docuísti ad tentatiónum perícula superánda: † concéde propítius; ut nos oratióni semper inténti, \* ejus copiósus fructum cónsequi mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam.

Capit. Venit Jesus, e Laudibus.

ñ. br.



T RISTIS est \* A-nima me-a. ψ. Usque ad mortem. Gló-ri-a.  
ψ. Pater mi, si possibile est.  
ϩ. Tránseat a me calix iste.



## Ad Sextam.

CAPITULUM.

Lucae 21. g.

VIGILATE itaque omni tempore orantes, † ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt, \* et stare ante Filium hominis.

♩. br.

P A-TER mi, \* Si pos-sí-bi-le est. †. Tránse-at a me ca-lix

iste. Gló-ri-a Patri.

†. Vigiláte et oráte. †. Ut non intrétis in tentatiónem.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Matth. 5.

ORATE pro persecúentibus et calumniántibus vos: \* ut sitis filii Patris vestri, qui in coelis est.

♩. br.

V I-GI-LA-TE, \* Et o-rá-te. †. Ut non intré-tis in tenta-ti-

ónem. Gló-ri-a Patri.

†. Factus est sudor ejus. †. Sicut guttae sanguínis.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq. Loco ultimi dicitur Ps. Crédidi. [9].*

†. Factus est sudor ejus. †. Sicut guttae sanguínis.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. c.

E C-CE \* appro-pinquá-vit ho-ra, et Fí-li-us hó-mi-nis tra-

dé-tur in ma-nus pecca-tó-rum. E u o u a e.

Feria III. post Dominicam Sexagesimae.

**Commem. Ss. Passionis D. N. Jesu Christi.***Duplex majus.***In I. Vesperis.***Antiph. et Psalmi ut in Coena Domini, 366. Capit. ut infra ad Laudes.***Hymnus.**

VII.

**M** AERENTES ócu- li, spárgi-te lácrimas, Et luctu ré-so-nent  
 íntima córdi- um: Il-lá-tas ré-fe-ro Númini ab ímpi- is Poenas  
 et fe-ra vúlne-ra.

Accínta, heu! gládiis turba sa-  
 [tállitum  
 Arréptum Dóminum fústibus ím-  
 petit:  
 Nunc caedit cólaphis, nunc quatit  
 [hórridis

Divínium caput íctibus.

Haud finis scéleri: tráditur ím-  
 [probo  
 Christus carnífici; nec mora, bár-  
 [barus  
 In Regem súperum non timet ímpio  
 Ausu vértete déxteram.

Audíte, o pópuli: Numen amá-  
 [bile,  
 Manán-te ex húmeris úndique sán-  
 [guine,  
 Lictóris rábidi sústinet ímpetum,  
 Et vocem premit ínnocens.

Quis non illácrimet? Jam nova  
 [cóndidit  
 Tormén-ta indómitae gentis iní-  
 . [quitas:  
 Infígit cérebro, proh dolor! éfferis  
 Sertum vépribus ásperum.

Heu crimen! tráhitur fúnibus ím-  
 [probis  
 Funésti Dóminus supplicíi ad lo-  
 [cum:  
 Illic oppétiit fúnere, spíritum  
 Patri restítuens suo.

Passo pro míseris tam fera vúl-  
 [nera,  
 In terris résonet débita glória:  
 Sacrum-que assidue nomen in aé-  
 [thera

Humánium genus éfferat.  
 Amen.

ψ. Oblátus est quia ipse voluit. Ϟ. Et livóre ejus sanáti sumus.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. c

**O** vos omnes, \* qui transí-tis per vi-am, atté-di-te, et

vi-dé-te si est do-lor sic-ut do-lor me-us. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342; et in fine dicitur:*

Sit laus Pa-trí, ac Pa-rácli-to, Na-tóque Pa-tris ú-nico, Nostrae

de-dit qui pró-di-gus Prétium sa-lú-tis sán-gui-nem. A-men.

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
II. D

**F** u- i fla-gellá-tus \* to-ta di-e, et casti-gá-ti-o me-a

in ma-tu-tí-nis. E u o u a e. *Psalmi de Dominica.*

2. Ant.  
III. a

**V** E-NI \* ad montem myrrhae, et ad collem thu-ris: tam-

quam agnus ad occi-si-ó-nem du-ctus, obmú-tu-i, et non a-

pé-ru-i os me-um. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G

**F** ODERUNT \* manus me-as et pe-des me-os: di-nume-ra-  
vé-runt ómni- a ossa me-a. E u o u a e.

4. Ant.  
VIII. c

**C** NSOLANTEM me \* quaesí- vi, et non invéni: dedé-runt in  
escam me-am fel, et in si-ti me- a po-ta-vé-runt me a-cé-to.  
E u o u a e.

5. Ant.  
I. f

**C** UM acce-písset \* Je-sus acé-tum, di-xit: Consummá-tum est,  
et incli-ná-to cá-pi-te, emí-sit spí-ri-tum. E u o u a e.

CAPITULUM.


*Philipp. 2.*

**F**RATRES: Hoc enim sentíte in vobis quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se aequálem Deo: † sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. \* Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Hymnus.

II.

**S** AEVO do-ló-rum túrbi-ne Jactá-tur, a-tris ób-ru-tus Poenis,



a-cérba sús-ti-nens, Redémptor affi-xus cru-ci.

Pedes manús-que horribili  
Clavi cruéntant vúlnera:  
Cor, vultus, artus, pectora  
Sacro redúndant sáanguine.

Flet, orat, et clamans obit:  
Cor Matris ictum cóncidit:  
Heu Mater! heu Fili! dolor  
Ingráta frangat pectora.

Montes, sepúlcrá sáxaque  
Scindúntur: arva, flúmina,  
Rupes et aequor cóntremunt,  
Templíque velum scínditur.

Sol, luna, coelum, sídera  
Plangunt, et orbis íngemit:

O vos viri, vos párvuli,  
Nuptae, puéllae, plángite.

Astáte moeréntes cruci,  
Pedes beátos úngite,  
Laváte fletu, térgite  
Comis, et ore lámbite.


Tu caritátis víctima,  
Ut nostra tollas crímina,  
Nobis salúbri pérficis  
Adoptiónem sáanguine.

Nostra ergo pax et gáudium  
Sis vita, Je-su, et praémium:  
Sis ductor et lux in via,  
Merces, coró-na in pátria. Amen.


ψ. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras.

ϣ. Et attrítus est propter scélera nostra.


Ad Benedictus, Antiphona.



**A**D Je-sum autem cum ve-níssent, \* ut vi-dé-runt e-um jam



mórtu-um, non fregé-runt e-jus cru-ra: sed unus mí-li-tum



lánce-a la-tus e-jus apé-ru-it, et contínu-o ex-í-vit sanguis



et aqua. E u o u a e.

*Oratio.*


**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui húmáno géneri, ad imitándum humilitátis exémpulum, Salvatórem nostrum carnem súmere et crucem subíre fecísti: † concéde propítius; ut sicut solénnem Com-memoratió-nem Passi-ónis ejus celebrá-mus, \* ita et patiéntiae ipsíus habére documénta, et resurrecti-ónis consórtia mereámur. Per eúmdem Dóminum.

**Ad Primam.**


*In r̄. br. ŷ.* Qui pro no-bis pa-ti digná-tus es.

**Ad Tertiam.**

*Capit. Fratres: Hoc enim, e Laudibus.*



**O**B-LATUS est, \* Qui-a i- pse vóluit. ŷ. Et li-vó-re e-jus



saná-ti sumus. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Próprio Fílio suo non pepércit Deus.

r̄. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Zach. 13. c.*

**Q**UID sunt plagae istae in médio mánuum tuárum? Et dicet: His plagátus sum \* in domo eórum qui diligébant me.



**P**ROPRI- O Fí- li- o su- o \* Non pe-pér- cit De- us. ŷ. Sed pro



nobis ómni-bus trá-di-dit il-lum. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Factus est obédiens usque ad mortem.

r̄. Mortem autem crucis.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Isaiae 53.

**G**ENERATIONEM ejus quis enarrábit? Quia abscíssus est de terra vivéntium: \* propter scelus pópuli mei percússi eum.

♩. br.

**F**ACTUS est obé-di- ens \* Usque ad mortem. †. Mortem au-

tem cru-cis. Gló-ri- a Patri.

†. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras.

♩. Et attrítus est propter scélera nostra.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*

†. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras.

♩. Et attrítus est propter scélera nostra.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**D**EPO-NENS \* Jo-seph corpus Je- su, invólvit síndo-  
ne, et pó-su-it e-um in monuménto ex-cí-so. Fu- it plan-  
ctus magnus in il-la di- e: mu-lí-eres autem sedéntes contra  
sepúlcrum, do-lé-bant sic-ut do- lé-ri so- let in mor- te  
pri-mo- gé-ni-ti. E u o u a e.


Feria III. post Dominicam Quinquagesimae.

## Sacrae Columnae Flagellationis D. N. J. C.


*Duplex majus.*

## In I. Vesperis.

1. Ant.  
III. b




**Q**UIS est iste \* qui ve-nit de Edom, tin-ctis vésti-bus de




Bosra? E u o u a e.

*Psalmi ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum, sed loco ultimi, Ps Crédidi. [9].*

2. Ant.  
V. a



**O**BLA-TUS est, \* qui-a ipse vó-lu-it, et li-vó-re e-jus



sa-ná-ti sumus. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. c




**Q**UARE ergo \* rubrum est induméntum tu-um, et vestiménta




tu-a sic-ut calcánti-um in torcu-lá-ri? E u o u a e.

4. Ant.  
I. f



**H**U-MI-LI-ATUS sum ni-mis, \* lí-be-ra me a persequénti-bus



me, quóni-am confortá-ti sunt super me. E u o u a e.



5. Ant.

II. D

F

U- I fla-gel-lá-tus \* to-ta di- e, et casti-gá-ti- o me- a

in ma-tu- tí-nis. E u o u a e.

CAPITULUM.

Isciae 53.

O MNES nos quasi oves errávimus, † unusquisque in viam suam declinávit: \* et pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum.

Hymnus.

II.

S

ALVE Co-lúmna nó-bi-lis, Chri-sti do-ló-rum cónsci- a:

Queis fracta virtus daémo-nis, Exémpta no-bis vín-cu-la.

Cruóre Abélis íllita  
Tellus ad astra clámitat:  
Clamas, Colú-mna, ad sídera  
Inúncta Jesu sáanguine.

Sed illa ad iram víndicem  
Clamat sevéri Júdicis:  
Iram foves tu Núminis,  
Pacémque quaeris sóntibus.

O perge semper fléctere  
Poenas minántem déxteram:  
Quae sanguis emit praémia  
Christi fruámur pérpetim.

Caeso flagéllis glória,  
Jesu tibi sit júgiter,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

ŷ. Corpus meum dedi percutiéntibus.

ꝛ. Et genas meas velléntibus.

Ad Magnificat, Antiphona.

VII. a

A

-SPERSUS est \* sanguis e- ó-rum super ve-stimén-ta me- a,

et ómni- a induménta me- a inqui-ná-vi. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*


*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342; et in fine dicitur:*



Caeso flagél-lis gló-ri-a, Je-su ti-bi sit jú-gi-ter, Cum Patre et  
almo Spí-ri-tu, Nunc et per omne saécu-lum. A-men.

**Ad Laudes, et per Horas.**

1. Ant.  
VIII. G




**C**IRCUMDERUNT me \* do-ló-res mortis, et torréntes in-i-  
qui-tá-tis conturbavé-runt me. E u o u a e.

2. Ant.  
I. a 3




**P**ASSUS sum \* absque in-iqui-tá-te, et membra me-a  
qua-si in ní-hi-lum redácta sunt. E u o u a e.

3. Ant.  
VI. F




**C**ORPUS me-um \* de-di percu-ti-énti-bus, et genas me-  
as vellén-tibus: fá-ci-em me-am non a-vér-ti ab increpánti-  
bus et conspu-énti-bus in me. E u o u a e.

4. Ant.  
I. f.



**I** N di- e \* afflicti- ó-nis me-ae praeve-né-runt me in-imí-  
ci me- i, et factus est Dómi-nus pro-téctor me- us.



E u o u a e.

5. Ant.  
VII. a



**Q** UA-SI le- o \* sic contrí- vit ómni- a ossa me- a: quid  
di- cam, aut quid respondé-bit mi- hi, cum ipse fé- ce- rit?



E u o u a e.

CAPITULUM.

*Isaiae 53.*

**O**MNES NOS quasi oves errávimus, † unusquisque in viam suam  
declinávit: \* et pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium  
nostrum.

Hymnus.

II.



**S** ALVE-TE Christi vúlne- ra, Imménsi amó- ris pí- gno- ra,  
Quibus per-énnes rí- vu- li Manant rubéntis sánqui- nis.



Nitóre stellas víncitis,  
Rosas odó-re et bálsama,  
Prétío lapillos Indicos,  
Mellis favos dulcédine.

Quot Jesus in praetório  
Flagélla nudus éxcipit!  
Quot scissa pellis úndique  
Stillat cruóris gúttulas!

Veníte, quotquot críminum  
Funésta labes íncít:  
In hoc salútis bálneo  
Qui se lavat, mundábitur.

Caeso flagéllis glória,  
Jesu tibi sit júgiter,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
Nunc et per omnesaéculum. Amen.

Ÿ. Pedes eórum ad malum currunt.

℞. Et festinant ut effúndant sánguinem innocéntem.

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G

I N-I-QUI \* insurrexerunt super me, et synagoga potén-  
ti-um quaesi-é-runt á-nimam me-am, et non propo-su-é-runt  
De-um ante conspéctum su-um. E u o u a e.

Oratio.

**D**EUS, qui pro salute nostra in assumptae carnis infirmitate, ad columnam alligari, et flagellis caedi voluisti. † concede propitius; ut qui ejusdem columnae solemniam celebramus, \* pretiosi sanguinis tui fructum consequi mereamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Ad Primam, in R. br., Ÿ. Qui pro nobis pati dignatus es. [142].

Ad Tertiam.

Capitulum. Omnes nos e Laudibus

R. br.

Q UEM tu percussisti, \* Per-se-cuti sunt. Ÿ. Et super do-  
lorem vulne-rum me-órum addidérunt. Gló-ri-a Patri.

Ÿ. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

℞. Attritus est propter scelera nostra.

## Ad Sextam.

CAPITULUM.

Isaiae 53.

**O**BLATUS est quia ipse voluit, et non aperuit os suum, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, † et generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium, \* propter scelus populi mei percussus eum.

℞. br.

**I**PSE vulne-rá-tus est \* Propter in-iqui-tá-tes nostras. ψ. Attrí-

tus est propter scé-le-ra nostra. Gló-ri- a Patri.

ψ. Vere languóres nostros ipse tulit.

℞. Et dolóres nostros ipse portávit.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Isaiae 53.

**E**T Dóminus voluit contérrere eum in infirmitate. Pro eo quod laboravit ánima ejus, vidébit et saturábitur. † Dispértiam ei plúrimos, et fórtium dívidet spólia, pro eo quod trádedit in mortem ánimam suam: \* et cum scelerátis reputátus est, et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

℞. br.

**V**ERE languóres nostros \* Ipse tu-lit. ψ. Et do-lóres nostros

ipse portá-vit. Gló-ri- a Patri.

ψ. Ego in flagélla parátus sum.

℞. Et dolor meus in conspéctu meo semper.


## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*

Hymnus.

II.

**Q**UAE corda non emól-li-ant, Et secta flagris tér-go-ra, Et



cincta spi-nis ténpo-ra, Cru-órque manans úndique?

Christi sed hostes pérfidi  
Humanitátem nésciunt:  
Cruci dari post vérbera  
Furóre poscunt cónciti.

Non ábnuit Jesus crucem,  
Gravíque dorsum pónderi,  
Sui dolóris cónsciam  
Linquens colúmnam, súbjicit.

Duro gravátus stípíte,  
Nostro magis sed crimine,

Morti dicáta víctima,  
En pergis ad Calváriam.

Crucem geréntes nos quoque,  
Ipso juvánte lánguidos,  
Omni solúti vínculo,  
Forti sequámur péctore:

Caeso flagéllis glória,  
Jesu tibi sit júgiter,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

Ÿ. Ego in flagélla parátus sum.

Ŕ. Et dolor meus in conspéctu meo semper.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

VIII. G

**N** ON est e- i spé-ci- es, \* neque de-cor: et ví-dimus e- um,  
et non e-rat aspéctus: et de-si-de-rávimus e- um. E u o u a e.

Feria VI. post Cineres.

**Ss. Spineae Coronae D. N. Jesu Christi.**

*Duplex majus.*


**In I. Vesperis.**

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum.*

**Hymnus.**

III.

**E** X- I-TE Si- on fí-li- ae, Re-gis pu-dícae vírgi-nes: Christi



co-rónam cérni- te, Quam ma-ter ipsa té-xu- it.

Horret revulsis crínibus  
Spinis cruentátum caput:  
Et vultus ille décolor  
Mortem propínquam réspicit.

Quae terra sulcis ínvia,  
Dumis rigens et séntibus,  
Lugúbre munus prótulit?  
Quae saeva méssuit manus?

Christi rubéscens sángine  
Acúleos mutat rosis,

Palmámque vincens frúctibus,  
Spi-na est triúmphis áptior.


Culpis satae mortálium,  
Te Christe spinae vúlnerant:  
Evélle nostras, córdibus  
Tuásque nostris ínserere.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saécula. Amen.

ψ. Plecténtes corónam de spinis.

ϙ. Posuérunt super caput ejus.

#### Ad Magnificat, Antiphona.



**E**-GRE-DI-MI-NI, \* et vi-dé-te fí-li-ae Si-on, re-gem Sa-lo-



mónem in di-a-déma-te quo co-roná-vit e-um ma-ter su-a,



pa-rans cru-cem Salva-tóri su-o. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342.*

#### Ad Laudes, et per Horas.

I. Ant.

II. D

**D**I-LE-CTUS me-us \* cándi-dus et ru-bi cúndus: comae cá-




pi-tis e-jus sic-ut púrpu-ra re-gis vin-cta caná-li-bus.



E u o u a e.


2. Ant.  
IV. E



**R** EQUI-E-VIT \* su-per e-um spí-ri-tus timó-ris Dómi-ni:




co-róna sa-pi-énti-ae et exsulta-ti-ónis de-co-rá-vit il-lum.



E u o u a e.


3. Ant.  
VII. c



**I** NDU-IT e-um Dómi-nus \* vestiméntis sa-lú-tis, et indu-




ménto ju-stí-ti-ae, qua-si sponsum de-co-rá-tum co-róna.




E u o u a e.

4. Ant.  
IV. A\*



**F** ASCI-CULUS myrrhae \* di-léctus me-us mi-hi, inter úbe-ra



me-a commo-rá-bi-tur. E u o u a e.



5. Ant.

III. a

**R**

EX ae-térnae glóri-ae, \* pro nobis co-roná-tus, bene-dí-cet

co-rónae anni be-ni-gni-tá-tis su-ae. E u o u a e.

CAPITULUM.

Cant. 3. b.

**E** GREDIMINI, et vidéte, filiae Sion, regem Salomónem in diadé-  
mate, \* quo coronávit illum mater sua.

## Hymnus.

III.

**L**

E-GIS fi-gú-ris píngi-tur Christi co-róna nó-bi-lis: Impléxa

spi-nis ví-cti-ma, Ardénsque testá-tur ru-bus.

Arcam coróna cínxerat,  
Mensaéque sacrum círculum,  
Arámque thure fúmídam  
Coróna nectit ámbiens.

Christi dolórum cónscia,  
Salve, Coróna glóri-ae,

Gemmis et auro púlchrior,  
Vincens corónas síderum.

Virtus, honor, laus, glória  
Deo Patri cum Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saécula. Amen.

ŷ. Eris coróna glóri-ae in manu Dómini.

ꝛ. Et diadéma regni in manu Dei tui.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G

**E**

X-I-VIT Jesus, \* portans spí-ne-am co-rónam, et purpú-

re-um vestiméntum. E u o u a e.

*Oratio.*

**P**RAESTA, quaesumus omnipotens Deus: † ut qui in memoriam passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, \* ab ipso gloria et honore coronari mereamur in coelis. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus.

**Ad Tertiam.***Capit. Egredimini, e Laudibus.*

R. br.

**E** - RIS co-róna gló-ri-ae \* In ma- nu Dómi-ni. †. Et di- a-

déma regni in ma-nu De- i tu- i. Gló-ri- a Patri.

†. Glória et honore coronasti eum Domine.

‡. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Apoc. 6.*

**V**IDI, et ecce equus albus, † et qui sedebat super illum, habebat arcum, et data est ei corona, \* et exivit vincens ut vinceret.

R. br.

**G** LO-RI- A et honó-re \* Co-ronásti e- um, Dómi-ne. †. Et

consti-tu- ísti e- um super ópe-ra mánu- um tu- á-rum. Gló-ri- a.

†. Tuam Coronam adoramus Domine.

‡. Tuam gloriosam recolimus passionem.

**Ad Nonam.**


CAPITULUM.

*Isaiae 28.*

**I**N die illa erit Dominus exercituum corona gloriae, † et sertum exultationis \* residuo populi sui.

R. br.

**T** U-AM Co-rónam \* Ado-rá- mus, Dómi-ne. †. Tu- am glo-ri-



ósam re-có-limus passi- ó-nem. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Plecténtes corónam de spinis.

ꝛ. Posuérunt super caput ejus.


### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*


ŷ. Plecténtes corónam de spinis.

ꝛ. Posuérunt super caput ejus.


#### Ad Magnificat, Antiphona.




**E** t genu fle-xo ante e-um \* il-ludé-bant e-i di-céntes:



Ave Rex Judae-ó-rum; et exspu-éntes in e-um, acce-pé-runt



a-rúndi-nem, et percu-ti-é-bant caput e-jus. E u o u a e.



Feria VI. post Dom. I. Quadragesimae.


## Ss. Lanceae et Clavorum D. N. Jesu Christi.

*Duplex majus.*

### In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis de Comuni Apostolorum.*

#### Hymnus.



**Q**UAENAM lingua ti-bi, o Lánce- a, dé-bi-tas Gra-tes pro mé-

ri-to est apta repénde-re? Chri-sti vi-ví-fi-cum namque ápe-ris  
 la-tus, Unde Ecclé-si-a ná-sci-tur. 2. Haec est Heva vi-ri  
 de lá-te-re éx-i-ens, Olli membra gra-vis dum sopor óccupat:  
 Hanc quippe alter Adam, corde sca-ténti-bus Unda et sán-gui-  
 ne prócre-at. 3. O Cla-vi, aequa manet vos quoque grá-ti-a,  
 Chri-sti quando sacris ártu-bus ínsi-ti, De-lé-tum Dómi-ni sán-  
 guine fi-gi-tis Mortis chi-rógra-phum cru-ci. 4. Te Je-su súp-  
 ri láudi-bus éffe-rant, Qui cla-vórum ádi-tus sígnaque lán-ce-ae  
 In coe-lo ré-tines, vi-vus ubi ímpe-ras Cum Patre atque Pa-  
 rá-cli-to. A-men.

ψ. Foderunt manus meas et pedes meos.

ϣ. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VII. a

**D**

E- LENS \* quod advérsus nos erat chi-rógraphum decré-ti,

quod e-rat contrá-ri- um no-bis, et ipsum tu- lit de mé-di- o,

af-fí- gens il- lud cru-ci. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.**Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342; et in fine dicitur:*

Cla-vis fo-rá-to et lánce-a, Jesu ti-bi sit gló-ri- a, Cum Patre

et almo Spí- ri-tu, Nunc et per omne saécu- lum. A-men.

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

I. f

**U**

-NUS mí- li- tum \* lánce- a la- tus e- jus a- pé- ru- it, et con-

tí- nu- o ex- í- vit sangui- s et aqua. E u o u a e.

2. Ant.


VIII. G

**F**

ODERUNT \* manus me- as et pe- des me- os: di- nume- ra-

vé- runt ómni- a ossa me- a. E u o u a e.

3. Ant.  
I. a B



**T**RES sunt \* qui testimóni-um dant in terra: spí-ri-tus,  
a-qua, et sanguis: et hi tres unum sunt. E u o u a e.

4. Ant.  
IV. E



**Q**UID turbá-ti estis, \* et co-gi-ta-ti-ónes ascén-dunt in cor-  
da vestra? vi-dé-te manus me-as et pe-des me-os, qui-a e-  
go ipse sum. E u o u a e.

5. Ant.  
VI. F



**I**N-FER \* dí-gi-tum tu-um huc, et vi- de manus me-as:  
et affer manum tu-am, et mit-te in la-tus me-um.  
E u o u a e.

CAPITULUM.


1. Joan. 5. b.

**C**ARISSIMI: Quis est qui vincit mundum, † nisi qui credit quóniam  
Jesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sánguinem,  
Jesus Christus, \* non in aqua solum, sed in aqua et sángvine.


## Hymnus.

Quando ad Matutinum dictus est Hymnus Salvéte, tunc Hymnus Laudum incipit ad verba Tinctam ergo.

II.



S ALVE-TE Cla-vi et Lánce-a, Squa-ló-re nu-per ób-si-ta,




Quae mersa Christi córpo-ri, Almo rubé-tis sán-guine.


Vos ad scelus Judáica  
Elégerat perfídia;  
Sed in mínistra grátiae  
Vos vertit e coelo Deus.

Nam quot sacrátis ártibus  
Sculpsístis olim vúlnera,  
E tot reclúsis fóntibus  
Dona éffluunt coeléstia.

II.



T INCTam ergo Christi sán-guine, Convértite in me cú- spi-



dem: Fe-rí-te cor, pedes, ma-nus: Poenam a nocénte sú-mi-te.

At, quaeso, culpís débitas  
Quas jure plagas fígitis,  
Cruóre diví-no íllitae  
Fiant medéla spíritus.

Omnísque cor-de e sáucio  
Profánus ardor éxeat.

Sit gressus ad ma-lum ímpotens,  
Manus nocére désinant,


Clavis forá-to et láncea,  
Jesu tibi sit glória,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
Nunc et per omne saéculum. Amen.

ŷ. Fodérunt manus meas et pedes meos.


ꝛ. Dinumeravérunt ómnia ossa mea.

## Ad Benedictus, Antiphona.

III. a



I NGLO-RI- US e-rit \* inter vi-ros aspé-ctus e- jus, et forma



e-jus inter fi-li- os hóminum: iste aspér-get gen-tes multas.

E u o u a e.

*Oratio.*

**D**EUS, qui in assúmptae carnis infirmitáte, clavis affígi et láncea vulnerári pro mundi salúte voluísti: † concéde propítius; ut qui eorúmdem clavórum et lánceae solémnia venerámur in terris, \* de glorióso victóriæ tuæ triúmpho gratulémur in coelis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.


**Ad Primam.**



*In R. br. ♯.* Qui vulne-rá-tus es pro no-bis.

**Ad Tertiam.**

*Capit. Caríssimi, e Laudibus.*



**F**ODERUNT manus me-as \* Et pe-des me-os. ♯. Di-nume-ra-

vé-runt ómni- a ossa me- a. Gló-ri- a Patri.

♯. Quem tu percussísti, persecúti sunt.


R. Et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

**Ad Sextam.**

**CAPITULUM.**

*1. Petri 2. d.*

**F**RATRES: Christus passus est pro nobis, † vobis relínquens exém-plum, ut sequámini vestigia ejus. \* Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus.



**Q**UEM tu percussísti, \* Per-se- cú-ti sunt. ♯. Et super do-lórem





vúlne-rum me-ó-rum addi-dé-runt. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Ipse vulnerátus est propter iniquitátes nostras.


Ꝛ. Attrítus est propter scélera nostra.

### Ad Nonam.


CAPITULUM.

1. Petri 2. d.

**Q**UI peccáta nostra ipse pértulit in córpo-re suo super lignum, †  
ut peccátis mórtui justítiae vivámus: \*cujus livóre sanáti estis.



**I**-PSE vulnerá-tus est \*Propter in-iqui-tá-tes nostras. ŷ. Attrí-



tus est propter scé-le-ra nostra. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Disciplína pacis nostrae super eum.

Ꝛ. Cujus livóre sanáti sumus.


### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq. Loco ultimi dicitur Ps. Crédidi. [9].*

ŷ. Fodérunt manus meas et pedes meos.

Ꝛ. Dinumeravérunt ómnia ossa mea.

### Ad Magnificat, Antiphona.



**V**E-RE \* languóres nostros ipse tu- lit, et do-lóres nostros



ipse portá- vit: et nos pu- tá- vimus e- um quasi le- pró- sum,



et percús- sum a De- o, et humi- li- á- tum. E u o u a e.

Feria VI. post Dom. II. Quadragesima.

**Ss. Sindonis Domini nostri Jesu Christi.***Duplex majus.***In I. Vesperis.***Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. de Communi Apostolorum.***Hymnus.**

I.

**G** LO-RI-AM sacrae ce-lebrémus omnes Síndonis: lae-tis re-co-  
lámus hymnis Et pi-is vo-tis monuménta nostrae Cer-ta  
sa-lú-tis.

Quae refert semper veneránda  
[Sindon,  
Sángui-ne impréssis decoráta si-  
[gnis,  
Dum cru-ce\* ex alta tulit involútum  
Corpus I-esu.

Reddit haec saevos ánimi doló-  
[res,  
Quos tulit, casum miserátus Adae,  
Christus húmáni géneris Redém-  
[ptor,

Morte perémpta.

Sáucium ferro latus atque pal-  
[mas,  
Et pedes clavis, laceráta flagris  
Membra, et infixam cápiti corónam  
Monstrat imágo.

ψ. Tuam Síndonem venerámur Dómine.  
ϛ. Tuam recólimus passiónem.

Quis pius siccis óculis, et absque  
Intimi cordis gémitu notáta,  
Viva-que\* indígnae simulácrá mor-  
[tis

Cérnere possit?

Nostra cum solum tibi Christe  
[culpa

Causa tantórum fúerit malórum,  
Nostra debétur tibi vita: vitam  
Dédimus ipsam.

Sit tibi Fili decus atque vir-  
[tus,


Qui tuo mundum rédimis cruóre,  
Quique cum summo Genitó-re et  
[almo

Flámine regnas.

Amen.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D.




**J**OSEPH, \* vir bonus et justus, accessit ad Pi-lá-tum, et pé-ti-it corpus Je-su: quo accépto, invol-vit il-lud in síndo-ne munda. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342.*


## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
III. b.




**J**OSEPH, \* nó-bi-lis de-cú-ri-o, vir bonus et justus, et ipse di-ves, e-rat expéctans regnum De-i. E u o u a e.

2. Ant.  
VIII. G.



**H**ic audácter \* intro-fí-vit ad Pi-lá-tum, et pé-ti-it cor-pus Je-su. E u o u a e.

3. Ant.  
I. g.



**C**UM cogno-vísset \* Pi-lá-tus a centu-ri-óne, quod jam mórtu-us esset, do-ná-vit corpus Je-su. E u o u a e.

4. Ant.  
IV. E

**J** OSEPH autem \* mercá-tus síndonem, et depó-nens e-um,  
invól-vit sídone. E u o u a e.

5. Ant.  
VII. a

**P** OSU- IT e-um \* in mo-numénto, in quo nondum quisquam  
pó-si-tus fú-e-rat. E u o u a e.

## CAPITULUM.

*Isaiae 63.*

**Q**UIS est iste qui venit de EDOM, tinctis vés-tibus de BOSRA? Iste formósus in stola sua, grádiens in multítudine fortitúdinis suae. † Ego qui loquor justítiam, \* et propugnátor sum ad salvándum.

## Hymnus.

I.

**J** E-SU dulcis amor me- us, Ac si praesens sis accé- do:  
Te compléctor cum affé-ctu, Tu-ó-rum memor vúlne-rum.

Te compléctor cum affé-ctu, Tu-ó-rum memor vúlne-rum.

O quam nudum hic te cerno,  
Vulnerátum et disténtum,  
Inquinátum, involútum,  
In hoc sacráto tégmine!

Salve caput cruentátum  
Spinis, cujus dulcis vultus  
Immutávit suum florem,  
Quem coeli tremít cúria.

Salve latus Salvatóris,  
Salve mitis apertúra,  
Super rosam rubicúnda,  
Medéla salutífera.

Manus sanctae, vos avéte,  
Diris clavis perforátae:  
Ne repéllas me Salvátor  
De tuis sanctis pédibus. Amen.

ŷ. Dóminus regnávit, decórem índuit.

ꝯ. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VI. F



**J** O-SEPH, \* nō-bi-lis de-cū-ri-o, expéctans et ipse regnum  
De-i, mercá-tus est síndo-nem, et depónens corpus Je-su,  
invólvit il-lud in síndone. E u o u a e.


## Oratio.

**D**EUS, qui nobis in sancta Síndone, qua corpus tuum sacratíssi-mum e cruce depósitum a Joseph involútum fuit, passiōnis tuæ vestigia reliquisti: † concéde propítius; ut per mortem et sepultúram tuam, \* ad resurrectiōnis glóriam perducámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

## Ad Tertiam.

Capit. Quis est, e Laudibus.

R. br.



**T** U-AM Síndo-nem \* Vene-rá- mur Dómi-ne. †. Tu-am re-có-  
limus passi- ónem. Gló-ri- a Patri.

‡. Adorámus te Christe, et benedícimus tibi.

℞. Quia per mortem tuam redemísti mundum.


## Ad Sextam.

CAPITULUM.


Isaiae 63.

**Q**UARE ergo rubrum est indumentum tuum, † et vestiménta tua sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus, \* et de géntibus non est vir mecum.

R. br.



**A** D-ORAMUS te Christe, \* Et bene-dí-ci-mus ti-bi. †. Qui- a



per mortem tu-am redemísti mundum. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Omnis terra adóret te, et psallat tibi.

Ṛ. Psalmum dicat nómini tuo Dómine.

### Ad Nonam:

CAPITULUM.

Isaiae 63.

**C**IRCUMSPEXI, et non erat auxiliátor : quaesívi, et non fuit qui adjuváret: † et salvávit mihi bráchium meum, \* et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi.



**O**-MNIS terra adó-ret te, \* Et psal- lat ti-bi. ŷ. Psalmum



di-cat nómi-ni tu- o Dómi-ne. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Dóminus regnávit, decórem índuit.

Ṛ. Índuit Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se virtúte.

### In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq. Loco ultimi dicitur Ps. 141. Voce mea ad Dóminum clamávi. 158.*


ŷ. Tuam Síndonem venerámur Dómine.

Ṛ. Tuam recólimus passiónem.

### Ad Magnificat, Antiphona.



**H**OMO quidam di-ves \* ab A-rimathaé-a, nómi-ne Jo-seph,



accépto córpo-re Je-su, invólvit illud in síndone munda.



E u o u a e.

Feria VI. post Dom. III. Quadragesimae.

**Ss. Quinque Vulnerum D. N. Jesu Christi.***Duplex majus.***In I. Vesperis.***Antiphonae de Laudibus. Psalmi: Crédidi. 83. — Ad Dóminum. 83. — Eripe me Dómine. 157. — Dómine clamávi. 158. — Voce mea. 158.**Capitulum de Laudibus.***Hymnus.**

I.

**P** ANGE lingua glo-ri- ó- si Láure- am cer-támi- nis, Et su-  
per cru- cis trophaé- o Dic tri- úmphum nó-bi- lem: Quá- li- ter  
Red-émptor orbis Immo-lá- tus ví-ce- rit.

De paréntis protoplásti  
Fraude Factor cóndolens,  
Quando pomi noxiális  
In necem morsu ruit,  
Ipse lignum tunc notávit,  
Damna li-gni\* ut sólveret.

Hoc opus nostrae salútis  
Ordo depopóscerat,  
Multifórmis proditóris  
Ars ut artem fálleret:  
Et medélam ferret inde,  
Hostis unde laéserat.

Quando venit ergo sacri  
Plenitúdo témporis,  
Missus est ab arce Patris

Natus orbis Cónditor,  
Atque ventre virgináli  
Carne amíctus pródiit.

Vagit infans inter arcta  
Cónditus praesépia:  
Membra pannis involúta  
Virgo Mater álligat:  
Et Dei manus pedésque  
Stricta cingit fáscia.

Sempitérna sit beátae  
Trinitáti glória:  
Æqua Patri, Filióque,  
Par decus Paráclito:  
Uníus Triníque nomen  
Laudet univérsitas. Amen.

ŷ. Vidébunt in quem transfixérunt.

ꝛ. Et dolébunt super eum, ut in morte primogéniti.

## Ad Magnificat, Antiphona.

VI. F

**D**UM in cru-ce pendé-ret \* u-ni-géni-tus De- i Fí- li- us, et  
 ab ó-mni-bus subsanna-ré- tur, Ma-ter e-jus Virgo Ma-rí- a  
 ipsum ve-rum De-um et hó-mi-nem cón-do-lens ve-ne-ra-bá-tur.  
 E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
II. D

**V**E-RE \* languó-res nostros ipse tu- lit, et do-ló-res  
 nostros i-pse portá-vit. E u o u a e.


2. Ant.  
VIII. c

**I**-PSE autem\* vulne-rá-tus est propter iniqui-tá-tes nostras:  
 attrí-tus est propter scé-le-ra nostra. E u o u a e.

3. Ant.  
III. a 2

**A**L-LI-GA-VIT Dóminus \* plagam pó-pu-li su- i, et per-cus-






sú-ram e-jus saná-vit. E u o u a e.

4. Ant.

IV. E

O

-MNIS qui transí-bit,\* stupé-bit su-per omnes plagas e-jus.



E u o u a e.

5. Ant.

VIII. c

O

vos omnes,\* qui transí-tis per vi-am, atté-ndi-te, et



vi-dé-te si est do-lor sic-ut do-lor me-us. E u o u a e.

CAPITULUM.

Isaiae 53.

CHRISTUS vulnerátus est propter iniquitátes nostras, † attrítus est propter scélera nostra,\* cujus livóre sanáti sumus.

*Hymnus. Lustra sex, ut in Dom. de Passione, 344.*

ŷ. Vidébunt in quem transfixérunt.


ꝛ. Et dolébunt super eum, ut in morte primogéniti.

Ad Benedictus, Antiphona.

I. f

U

-NUS mí-li-tum\* lán-ce-a-la-tus e-jus a-pé-ru-it, et con-




tí-nu-o ex-í-vit sanguis et aqua. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui unigéniti Filii tui passióne, et per quinque Vúlnera ejus sánguinis effusióne, humánam natúram peccáto pérditam repa-

rásti: † tríbue nobis, quaésumus; ut qui ab eo suscépta Vúlnera venerámur in terris, \* ejúsdem pretiosíssimi sánguini fructum cónsequi mereámur in coelis. Per eúmdem Dóminum.

### Ad Primam.



In R. br. V. Qui vulne-rá-tus es pro no-bis.

### Ad Tertiam.

*Capitulum.* Christus vulnerátus est, e *Laudibus.*

R. br. Fodérunt. [160].

V. O vos omnes qui transítis per viam.

R. Atténdite, et vidéte dolórem meum.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Isaiae 50.*

FACIEM meam non avérti ab increpántibus et conspuéntibus in me. †  
Dóminus Deus auxiliátor meus, \* et ídeo non sum confúsus.



V E-RE languóres nostros \* Ipse tu-lit. V. Et do-lóres nostros



ipse portá-vit. Gló-ri- a Patri.

V. Disciplína pacis nostrae super eum.

R. Et livóre ejus sanáti sumus.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Isaiae 53. d.*

TRADIDIT Christus in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est: † et ipse peccáta multórum tulit, \* et pro transgressóribus rogávit.

R. br. Ipse vulnerátus est. [161].

V. Oblátus est quia ipse vóluit.

R. Et non apérui os suum.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

Ÿ. Vidébunt in quem transfixérunt.

⚭. Et dolébunt super eum, ut in morte primogéniti.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**E** - GO sum \* vestra red- émpti- o: ma-nus me-ae, quae vos  
fe-cé- runt, cla-vis con-fíxae sunt: propter vos flagél-lis cae-sus  
sum, spi-nis co-ro-ná-tus sum: aquam pé-ti-i pendens, et a-  
cé-tum porre-xé-runt: in escam me-am fel de-dé-runt, et in  
la-tus lánce-am: mórtu-us et se-púl-tus, re-surré-xi: vo-bís-  
cum sum, et vi-vo in ae-térnum. E u o u a e.

Feria VI. post Dom. IV. Quadragesimae.

## Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

*Duplex majus.**Omnia ut in Dominica I. Julii, 640, cum commemoratione Ferae.**Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur in tono Passionis, 342.*

## FESTA MARTII.

## 18. Sancti Gabrielis Archangeli.

*Duplex majus.*


## In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesp. Apostolorum.**Hymnus. Christe sanctorum, ut in Festo S. Michaelis, 725.*

V̄. Stetit Angelus juxta aram templi.

R̄. Habens thuribulum aureum in manu sua.


## Ad Magnificat, Antiphona.



I NGRESSUS \* Gábri-el Ange-lus ad Ma-rí-am Vír-gi-nem




dí-xit: Ave grá-ti-a plena, Dómi-nus te-cum: bene-dícta tu



in mu-li-éri-bus. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*


## Ad Laudes, et per Horas.




I NGRESSO \* Zacha-rí-a templum Dómi-ni, appá-ru-it



e- i Gábri-el Ange-lus, stans a dextris altá-ris




incénsi. E u o u a e.

2. Ant.  
I. f


**A** - IT autem Ange-lus: \* Ne tíme-as Zacha-rí-a, quóni-am




exaudí-ta est depre-cá-ti-o tu-a. E u o u a e.

3. Ant.  
VI. F


**E** - GO sum \* Gábri-el Ange-lus, qui asto ante De-um,



et mis-sus sum loqui ad te. E u o u a e.

4. Ant.  
IV. E



**G** ABRI-EL Ange-lus \* lo-cú-tus est Ma-rí-ae, di-cens: Ecce




concí-pi-es in ú-tero, et pá-ri-es fí-li-um, et vo-cá-bis nomen




e-jus Jesum. E u o u a e.

5. Ant.  
III. a


**D** I-XIT autem \* Ma-rí-a ad Ange-lum: Quómodo fi-et



istud, quóni-am vi-rum non cognósc-o? Et respóndens Gá-



bri-el Ange-lus dí-xit e-i: Spí-ri-tus Sanctus su-pervé-ni-et in




te, et virtus Altíssimi obumbrá-bit ti-bi. E u o u a e.

CAPITULUM.

Dan. 9. f.

**E**CCE vir Gábriel, quem víderam in visióne a princípío, cito volans tétigit me in témpore sacrificii vespertíni. † Et dócuit me, et locútus est mihi, \* dixítque: Dániel, nunc egréssus sum ut docérem te, et intellígeres.

Hymnus.



**P** LA- CARE Chri-ste sérvu-lis, Quibus Patris cleménti- am,

Tuae ad tri-bú-nal grá-ti- ae, Patróna Virgo póstu-lat.

Et vos beáta per novem  
Distíncta gyros ágmina,  
Antíqua cum praeséntibus,  
Futúra damna péllite.

Ut unus omnes únicum  
Ovíle nos pastor regat.

Deo Patri sit glória,  
Natóque Patris único,  
Sancto simul Paráclito,  
In sempitérna saécula. Amen.

Auférte gentem pérfidam  
Credéntium de finibus,

ŷ. Stetit Angelus juxta aram templi.

ŕ. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

Ad Benedictus, Antiphona.



**G** ABRI- EL Ange-lus \* descéndit ad Zacha-rí- am, et a- it

il-li: Uxor tu- a pá-ri- et ti-bi fí- li- um, et vo- cá- bis nomen

e- jus Jo- ánnem: et multi in na- ti- vi- tá- te e- jus gaudé- bunt:



ipse e-nim prae-í-bit ante fá-ci-em Dó-mi-ni pa-rá-re



vi-as e-jus. E u o u a e.

### Oratio.

**D**EUS, qui inter céteros Angelos, ad annuntiándum Incarnatiónis tuae mystérium, Gabriélem Archángelum elegísti: † concéde propítius; ut qui festum ejus celebrámus in terris, \* ipsíus patrocínium sentiámus in coelis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

### Ad Tertiam.

*Capit.* Ecce vir Gábríel, *e Laudibus.*

℞. *br.* Stetit Angelus. ☩. Ascéndit. 726.

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Dan. 9. f.*

**E**GO autem veni ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es. † Septuagínta hebdomades abbreviátae sunt, ut finem accípiat peccátum, et impleátur visio et prophetía, \* et ungátur Sanctus sanctorum.

℞. *br.* Ascéndit fumus. ☩. In conspéctu. 727.

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Dan. 9. g.*

**S**CITO ergo, et animadvérte: † ab éxitu sermónis ut íterum aedificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem, \* hebdomades septem, et hebdomades sexagínta duae erunt.

℞. *br.* In conspéctu. ☩. Adoráte. 727.

## In II. Vesperis.


*Quando dicendae sunt, Antiph., Capit. et Hymnus ut ad Laudes. Psalmi ut in I. Vesp. Apostol., sed loco ultimi, Ps. Confitébor ... quóniam audísti. 728.*

☩. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.

℞. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

### Ad Magnificat, Antiphona.

I. D



**A**

RCHANGE-LUS Gábri-el \* a- it ad Ma-rí- am: Non e-rit



impossí-bi-le apud De-um omne verbum. Di-xit autem Ma-  
rí- a: Ecce ancíl-la Dómi-ni, fi- at mi-hi secúndum verbum  
tu- um. Et discéssit ab e- a Ange-lus. E u o u a e.

## FESTA APRILIS.

## 16. S. Benedicti Josephi Labre Confessoris.

*Duplex.**Oratio.*

**D**EUS, qui sanctum Benedictum Joséphum Confessórem tuum humi-  
litátis stúdio et paupertátis amóre tibi uni adhaerére fecísti: †  
da nobis ejus suffragántibus méritis, terréna cuncta despícere, \* et  
coeléstia semper inquirere. Per Dóminum.

## 26. B. Mariae V. de Bono Consilio.

*Duplex majus.*


## In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].*  
*Hymnus. Ave maris stella. [80].*

ŷ. Ora pro nobis Mater Boni Consílii. Allelúia.

Ꝟ. Ut digni efficiámur promissióibus Christi. Allelúia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**


VIII. G 

**C** ANDOR est \* lu-cis ae-térnae, et spé-cu-lum si-ne má-cu-la





De-i ma-jestá-tis, et imágo bo-ni-tá-tis il-lí-us: et íd-e o



ni-hil inquiná-tum in e-am incúrrit. Alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*


*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

### Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
VII. a



**E**-GO Ma-ter \* pulchrae di-lecti-ónis, et timó-ris, et agni-




ti-ónis et sanctae spe-i. Alle-lú-ia. E u o u a e.

2. Ant.  
IV. E




**I**N me grá-ti-a \* omnis vi-ae et ve-ri-tá-tis, in me omnis




spes vi-tae et virtú-tis. Alle- lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G



**Q**UI audit me, \* non confundé- tur: et qui ope-rántur in



me, non peccábunt. Alle-lú-ia. E u o u a e.

4. Ant.  
VI. F



**D**A mi-hi \* sédi-um tu-á-rum assistrí-cem sa-pi-énti- am,




et no-li me reprobá-re a fi-li-is tu-is. Alle-lú-ia.



E u o u a e.


5. Ant.  
VII. b



-PTA- VI, \* et da-tus est mi-hi sen-sus: et invocá-vi,



et ve-nit in me spí-ri-tus sa-pi-énti-ae. Alle-lú-ia.



E u o u a e.


CAPITULUM.

*Prov. 8. d.*

**B**EATUS homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotídie, et obsérvat ad postes óstii mei. † Qui me invénerit, invéniet vitam, \* et háuriet salútem a Dómino.

*Hymnus.* O gloriósa Vírginum. [83]. ʎ. Dignáre me. [82].

**Ad Benedictus, Antiphona.**



**B**E-A-TA Ma-ter, \* et intácta Virgo, Re-gí-na mundi: no-



stras depre-ca-ti-ónes ne despí-ci-as in ne-ces-si-tá-ti-bus, sed



a per-í-cu-lis cunctis lí-be-ra nos semper. Alle-lú-ia.



E u o u a e.

*Oratio.*

**D**EUS, qui Genitricem dilecti Filii tui matrem nobis dedisti, ejusque speciosam imaginem mira apparitione clarificare dignatus es: † concede, quaesumus; ut ejusdem monitis jugiter inhaerentes, \* secundum cor tuum vivere, et ad coelestem patriam feliciter pervenire valeamus. Per eundem Dominum.

**Ad Tertiam.***Capitulum. Beatus homo, e Laudibus.*

R. br.

**V**ENERUNT mi-hi ómni- a bona pá-ri-ter cum il-la: \* Alle-  
lú-ia, alle-lú-ia. †. Et innume-rá-bi-lis honéstas per manus il-  
lí- us. Gló-ri- a Patri.

Extra  
T. P.

**V**ENERUNT mi-hi ómni- a bo-na \* Pá-ri-ter cum il-la. †. Et  
innume-rá-bi-lis honéstas per manus il-lí- us. Gló-ri- a Patri.

†. Viam sapiéntiae monstrábo tibi. Allelúia.

R. Ducam te per sémitas aequitátis. Allelúia.

**Ad Sextam.**


CAPITULUM.

*Prov. 6. c.*

**C**ONSERVA fili mi praecepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuae. † Liga eam in corde tuo jugiter, \* et circumda gutturi tuo.

R. br.


**V**I- AM sa-pi- énti-ae monstrá-bo ti-bi: \* Alle- lú-ia, alle-



lú-ia. ŷ. Du-cam te per sémi-tas aequi-tá-tis. Gló-ri- a Patri.



**V** I- AM sa-pi- énti- ae \* Monstrá- bo ti-bi. ŷ. Ducam te per



sémi-tas aequi-tá-tis. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Coróna sapiéntiae timor Dómini. Allelúia.

ꝛ. Replens pacem et salútis fructum. Allelúia.

### Ad Nonam.


CAPITULUM.

Prov. 23. d.

**P**RAEBE fili mi cor tuum mihi, \* et óculi tui vias meas custó-  
diant.




**C** ORONA sa-pi- énti- ae timor Dómi- ni: \* Alle- lú- ia, alle-



lú- ia. ŷ. Replens pacem et sa-lú- tis fructum. Gló-ri- a Patri.



**C** ORONA sa-pi- énti- ae \* Ti- mor Dómi- ni. ŷ. Replens pacem



et sa-lú- tis fructum. Gló-ri- a Patri.

ŷ. Veníte filii, audíte me. Allelúia.

ꝛ. Timórem Dómini docébo vos. Allelúia.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in primis, praeter seq.*

Ad Magnificat, Antiphona.

I. D

**F** E-LIX es, \* sacra Virgo Ma-rí-a, et omni laude digní-  
 sí-ma: qui-a ex te ortus est sol justí-ti-ae, Christus De-us  
 noster, magni consí-li-i Ange-lus. Alle-lú-ia. E u o u a e.

## FESTA MAIL.

## 16. S. Joannis Nepomuceni Martyris.

*Duplex.**Oratio.*

**D**EUS, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium, nova Ecclésiám tuam martýrii coróna decorásti: † da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodíre; \* ac ómnia pótius mala, quam ánimae detriméntum in hoc saéculo toleráre. Per Dómi-num nostrum.

24. Festum B. Mariae Virginis  
 sub titulo Auxilium Christianorum.

*Duplex majus.**Omnia ut in Festis B. M. V., [77], praeter sequentia.*

## In I. Vesperis.

Hymnus.

I.

**S**AEPE dum Christi póp-u-lus cru-én-tis Hostis infénsi pre-



me-ré-tur armis, Venit adjútrix pi-a Virgo coe-lo La-psa seréno.

Prisca sic patrum monuménta  
[narrant,  
Templa testántur spóliis opímis  
Clara, votívo repetíta cultu  
Festa quotánnis.

En novi grates líceat Maríae  
Cántici laetis módulis reférre  
Pro novis donis, resonánte plau-  
[su

Urbis et Orbis.

Oh dies felix, memoránda fa-  
[stis,  
Qua Petri sedes fídei magístrum  
Triste post lustrum réducem beáta  
Sorte recépit!

‡. Dignáre me.

Vírgines castae, pueríque puri,  
Géstiens clerus, populúsque grato  
Corde Regínae celebráre coeli  
Múnera certent.

Vírginum Virgo, benedícta Jesu  
Mater, haec auge bona: fac, pre-  
[cámur,  
Ut gregem pastor Pius ad salútis  
Pásqua ducat.

Te per aetérnos venerémur an-  
[nos,  
Trínitas, summo celebránda plau-  
[su:

Te fide mentes, resonóque linguae  
Cármine laudent. Amen.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

v. a


**E** C-CE Ma-rí- a \* e- rat spes nostra, ad quam confú-gimus  
in auxí- li- um, ut li- be- rá- ret nos: et ve- nit in ad- ju- tó- ri- um  
nobis. Alle- lú- ía. E u o u a e.


*Oratio.*


**O**MNIPOTENS et miséricors Deus, qui ad defensiónem pópuli christiáni in beatíssima Vírgine María perpétuum auxiliúm mirabíliter constituísti: † concéde propítius; ut tali praesídio muníti, certántes in vita, \* victóriam de hoste maligno cónsequi valeámus in morte. Per Dóminum.

*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

## Ad Laudes, Hymnus.

I. 

**T**E Red-emptó-ris Domi-níque nostri Dí-cimus Matrem,  


spe-ci-ó-sa Virgo, Christi-anó-rum de-cus, et le-vámen Re-bus  


in arctis.

Saéviant portae licet inferórum,  
 Hostis antíquus fremat, et miná-  
 [ces,  
 Ut Deo sacrum populétur agmen,  
 Súscitet iras.

Nil truces possunt fúriae nocére  
 Méntibus castis, prece quas vo-  
 [cáta  
 Annuens Virgo foveat, et supérno  
 Róbore firmat.

Tanta si nobis fáveat Patróna,  
 Béllici cessat scéleris tumúltus,  
 Mille sternúntur, fugiúntve turmae,  
 Mille cohórtes.


v. Diffúsa est grátia.


Tollit ut sancta caput in Sióne  
 Turris, arx firmo fabricáta muro,  
 Cívitas David, clýpeis et acri  
 Mílite tuta:

Virgo sic fortis Dómini poténti  
 Déxtera, coeli cumuláta donis,  
 A piis longe fámulis repéllit  
 Daémonis ictus.

Te per aetérnos venerémur an-  
 [nos,  
 Trínitas, summo celebránda plau-  
 [su:  
 Te fide mentes resonóque linguae  
 Cármine laudent. Amen.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G\* 


**A**D te \* o sancta De- i Gé-ni-trix, clamá-vi-mus: et per  


te ve-nit Dómi-ni auxí-li-um nobis. Alle-lú-ia. E u o u a e.

## In II. Vesperis.

*Hymnus ut in I. Vesperis.*

*Ad Magnificat, Ant. Sancta María, [82], in cuius fine dicitur:*



... quicumque tu-um sanctum impló-rant au-xí-li-um. Alle-lú-ia.

Feria VI. post Octavam Ss. Corporis Christi.

## Sacratissimi Cordis Jesu

Pro Dioecesi Venetiarum et aliis locis.

*Duplex 1. classis.*

## In I Vesperis.

*(si dicendae sunt.)*

*Omnia ut in II. Vesperis, praeter sequentia.*

ψ. Miserátor et miséricors Dóminus.

ϣ. Longánimis et multum miséricors.

*Ad Magnificat, Antiphona.*



**M** I-SE-RI-CORDI- A\* Dómi-ni a progé-ni-e in pro-  
gé-ni-es, tímé-nti-bus e-um, al-le-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*










*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Nativitate Domini, 230.*

*Ad Laudes, et per Horas.*



1. Ant.  
I. g  
**D** I-SCI-TE a me \* qui-a mi-tis sum et hú-mi-lis cor-




2. Ant.  
VI. F3. Ant.  
IV. E4. Ant.  
I. a 35. Ant.  
VII. a

CAPITULUM.


Cant. 3. d.

**E** GREDIMINI, et vidéte, fíliae Sion, regem Salomónem in diadémate, † quo coronávit illum mater sua in die desponsatiónis ejus, \* et in die laetítiae cordis ejus.

## Hymnus.

VIII. 

**S** UMMI Pa-rén-tis Fí-li-o, Patri fu-tú-ri saé-cu-li, Pa-cis



be-á-tae Prín-ci-pi, Promá-mus o-re cánti-cum.

Qui vulnerátus pectore  
Amóris ictum pértulit,  
Amóris urens ígnibus  
Ipsum qui- amántem díligunt.

Jesu dolóris víctima,  
Quis te innocéntem cómpulit,  
Du-ra ut apértum láncea  
Latus patéret vúlneri?

O fons amóris ínclýte!  
O vena aquárum límpida!

O flamma adúrens crímina!  
O Cordis ardens cáritas!


In Corde Jesu júgiter  
Recónde nos, ut úberi  
Dono fruámur grátiae,  
Coelíque tandem praémiis.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.


ψ. Misericórdia Dómini ab aetérno.

Ϟ. Et usque in aetérnum super timéntes eum.


## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. G 

**P** ER ví-sce-ra \* mi-se-ri-córdi-ae su-ae vi-si-távit nos De-us,



et fe- cit red-empti- ónem pópu-li su- i, al-le- lú- ia.




E u o u a e.

## Oratio.

**F**AC nos, Dómine Jesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus índui, et afféctibus inflammári: † ut et imáginí bonitátis tuae confórmes, \* et tuae redempti-ónis mereámur esse partícipes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.


## Ad Primam.




In R̄. br. ψ. Per quem salvá-ti et li-be-rá-ti sumus.

## Ad Tertiam.

Capitulum. Egredimini, e Laudibus.



**M** I-SE-RI-CORDI- A tu- a Dómi-ne \* Ple- na est terra.



ψ. Justi-fi-ca-ti- ónes tu- as do-ce me. Gló-ri- a Patri.

ψ. Secúndum misericórdiam tuam vivífica me Dómine.


R̄. Et custódi- am testimónia oris tui.

## Ad Sextam.


CAPITULUM.

Cant. 8. b.

**P**ONE me ut signáculum super cor tuum, † ut signáculum super bráchium tuum: \* quia fortis est ut mors diléctio.



**S** E-CUNDUM mi-se-ri-córdi- am tu- am \* Vi-ví-fi-ca me DÓ-



mi-ne. ψ. Et custó-di- am testimó-ni- a o-ris tu- i. Gló-ri- a.

ψ. Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam.

R̄. Et justificatiónes tuas doce me.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Ps. 68. c.

**I**MPROPERIUM exspectávit cor meum, et misériam. † Et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: \* et qui consolarétur, et non invéni.



**F** AC cum servo tu- o \* Secúndum mi-se-ri-córdi- am tu- am.



ŷ. Et justi-fi-ca-ti- ónes tu- as do-ce me. Gló-ri- a Patri.


ŷ. Véniat super me misericórdia tua Dómine.

ŝ. Salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

### In II. Vesperis.

1. Ant.  
VIII. G


**D**E torrén-te \* in vi-a bi-bet, proptér- e- a ex-al-tá-bit caput.



E u o u a e. Ps. Dixit Dóminus. 35.

2. Ant.  
VII. a


**M**I-SE-RATOR Dómi-nus \* redempti- ónem mi-sit pó-pu-lo



su- o. E u o u a e. Ps. Confitébor. 36.

3. Ant.  
IV. A\*

**A**-PUD Dóminum \* mi-se-ri- córdi- a, et co-pi- ó- sa apud



e- um red-émpti- o. E u o u a e. Ps. De profúndis. 120.

4. Ant.  
III. a 2

**S**U-PER mi-se-ri- córdi- a tu- a \* Dó- mi- ne, confi- tébor




ti- bi in to- to corde me- o. E u o u a e.

Ps. Confitébor ... quóniam audísti. 139.

5. Ant.

IV. E



S U-A-VIS \* Dómi-nus u-ni-vérsis, et mise-ra-ti-ónes e-jus




su-per ómni-a ó-pe-ra e-jus. E u o u a e.

*Ps.* Exaltábo te Deus meus Rex, 178, *cum suis Divisionibus, et Glória Patri in fine.*

*Capitulum.* Egredímini, e *Laudibus.*

### Hymnus.

IV.



Q UI-CUMQUE cer-tum quaé-ri-tis Rebus le-vámen áspe-ris,

Seu culpa mordet ánx-i-a, Seu poena vos premit comes:

Jesu, *quí-* ut agnus innocens,  
Sese immolándum trádidit,  
Ad Cor reclúsum vúlnera,  
Ad mite Cor accédite.

Audítis, ut suavíssimis  
Invítet omnes vóci-bus:  
Veníte, quos gravat labor,  
Premitque pondus críminum.

Quid Corde Jesu mítius?  
Jesum cruci *quí-* affíxerant

Excúsat, et Patrem rogat,  
Ne perdat ultor ímpios.

O Cor volúptas coélitum,  
Cor fida spes mortálium,  
En hisce tracti vóci-bus,  
Ad te venímus súplices.


Tu nostra terge vúlnera  
Ex te fluénte ságuine:  
Tu da novum cor ómnibus  
Qui te geméntes ínvocant. Amen.

ŷ. Misericórdia Dómini a progénie in progénies.

ꝛ. Timéntibus eum.

### Ad Magnificat, Antiphona.

III. a 2



S USCE- PIT nos Dómi-nus \* in si-num et cor su-um, re-cor-



dá-tus mi-se-ri-córdi-ae su-ae, alle- lú-ia. E u o u a e.

## FESTA JUNII.

### B. Mariae Virginis sub tit. de Perpetuo Succursu.

*Duplex majus.*

#### In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].*

*Hymnus. Ave maris stella. [80].*

ŷ. Facta es nobis Dómina in refúgium.

ꝛ. Adjútrix in opportunitátibus, in tribulatióne.

*Ad Magnificat, Antiphona. Sancta María ... tuam sanctam Festivitatem. [82].*

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

#### Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.

VII. a

**B**

ENE-DI-CTA es tu, \* Virgo Ma-rí- a, a Dómi-no De-o ex-




célso prae ómni-bus mu-li-é-ri-bus super terram. E u o u a e.

2. Ant.


VII. d

**F**

E-CIT \* ti-bi magna, o Ma-rí- a, qui po-tens est: et mi-




se-ri-córdi- a e-jus a progé-ni- e in progé-ni- es timén-ti-bus



e-um. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. c




**T** u gló-ri-a Je-rú-sa-lem, \* tu lae-tí-ti-a Isra-el, tu ho-



no-ri-fi-cénti-a pó-pu-li nostri. E u o u a e.


4. Ant.  
III. a



**P** ER te, \* imma-cu-lá-ta Vir-go, no-bis est vi-ta pérdi-ta




da-ta, quae de coe-lo susce-písti pro-lem, et mundo genu-ísti



Salva-tó-rem. E u o u a e.

5. Ant.  
I. f



**N** OSTRAS depre-ca-ti-ónes \* ne despí-ci-as in neces-si-tá-



ti-bus nostris: et a per-í-cu-lis cunctis lí-be-ra nos, sancta



De-i Gé-nitrix. E u o u a e.


CAPITULUM.

*Prov. 8. c.*

**B**EATUS homo qui audit me, et qui vígilat ad fores meas quotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. † Qui me invénerit, invéniet vitam, \* et háuriet salútem a Dómino.

## Hymnus.

II.



**M** A-RI- A, quae mortá- li- um Pre-ces amá-nter éx-ci-pis:

Rogámus ecce súpli-ces, Succúrre no-bis pérpe-tim.

Succúrre, si nos críminum  
Caténa stringít hórrida:  
Cito resólve cómpedes,  
Quae corda culpís ílligant.

Succúrre, si nos saéculi  
Fallax imágo péllicit:  
Ne mens salútis trámitem  
Oblíta coeli déserat.

Succúrre, si vel córpori  
Advérsa sors impédeat:

Fac sint quiéta témpora,  
Æté-rnitas dum lúceat.

Succúrre demum fíliis  
Instánte mortis praélio:  
Ut te juvánte cónsequi  
Perénne detur praémium.


Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Pa-tre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ŷ. Dignáre me laudáre te Virgo sacráta.

ꝛ. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

## Ad Benedictus, Antiphona.

I. f



**O** be-á-ta \* Virgo Ma-rí-a, tu grá-ti-ae Ma-ter, tu  
spes mun-di: succúr-re fí-li-is tu-is clamánti-bus ad te,  
al-le-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**O**MNIPOTENS et miséricors Deus, qui dedísti nobis beatíssimae  
Genitrícis tuae Imáginem de Perpétuo Succursu speciáli título  
venerári: † concéde propítius; ita nos inter omnes viae et vitae hujus



varietates, continua ejusdem Immaculatae semperque Virginis Mariae protectione muniri, \* ut aeternae tuae redemptionis praemia consequi mereamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

*Ad Primam, in R. br. V.* Qui natus es de Maria Virgine.

### Ad Tertiam.

*Capitulum.* Beatus homo, e *Laudibus.*

*R. br.* Specie tua. [61].

### Ad Sextam.

CAPITULUM.

*Eccli. 24. c.*

**E**GO Mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei. † In me gratia omnis viae et veritatis, \* in me omnis spes vitae et virtutis.

*R. br.* Adjuvabit eam. [62].

### Ad Nonam.

CAPITULUM.

*Prov. 8. d.*

**E**GO diligentes me diligo: et qui mane vigilant ad me, invenient me. † Mecum sunt divitiae et gloriae, opes superbae et iustitia: \* ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.

*R. br.* Elegit eam. [63].

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

### Ad Magnificat, Antiphona.

VII. a

**A** D te confu-gimus, \* o Ma-ri- a, vi-ta, dulce-do, et spes  
 nostra: succurre ca-den- ti sur-ge-re qui cu-rat popu-lo: tu quae  
 genu- isti, na-tu-ra mi-rante, tu-um sanctum Ge-ni-to-rem, alle-  
 lu-ia. E u o u a e.

## 29. Commemoratio Omnium SS. Apostolorum in Festo SS. Apost. Petri et Pauli.

### In I. Vesperis.

*Antiphona.* Tradent enim vos. [6]. *℣.* Annuntiavérunt. [7].

### In Laudibus.

*Antiphona.* Vos qui reliquistis ómnia. [7]. *℣.* In omnem terram. [6].

### In II. Vesperis.

*Antiphona.* Estóte fortes. [11]. *℣.* In omnem terram. [6].

### Oratio.


**D**EUS, qui nos per beátos Apóstolos tuos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti: \* da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum.

### Alia Oratio.

**D**EUS, qui nos ánnua Apostolorum tuórum commemoratióne laetíficas: \* praesta, quaesumus; ut quorum gaudemus méritis, instruámur exémpis. Per Dóminum.

*Alibi fit ut sequitur.*

### In I. Vesperis.



**I**N hoc cognoscent omnes \* qui- a me- i estis disci- pu- li,



si di-lecti- ónem habu- é-ri- tis ad ín- vi- cem.


*℣.* Nimis honoráti sunt amici tui Deus.

*℞.* Nimis confortátus est principátus eórum.


### Oratio.

**E**XAUDI nos, Deus salutáris noster: \* et ómnium sanctórum Apostolorum tuórum tuére praesídiis, quorum donásti fidéles esse doctrínis. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

### In Laudibus.



**V**os qui se-cú-ti e-stis me, \* sedé-bi- tis super sedes, judi-




cântes duó-de-cim tri-bus Isra-el.

ψ. In omnem terram exívit sonus eórum.

℞. Et in fines orbis terrae verba eórum.

**In II. Vesperis.**



vo-bis, dí-cit Dómi-nus.

ψ. Gloriósus in Sanctis suis, fáciens mirabília.

℞. Hic Deus meus, et glorificábo eum.

**FESTA JULII.**

Die 1. Julii.

**Commem. Omnium S. Romanae Ecclesiae  
Summorum Pontificum.**

*Duplex.*


**In I. Vesperis.**

*Antiphonae, Capit. et Hymnus de Laudibus. Ps. ut in I. Vesperis Apostol.*

ψ. Exáltent eos in ecclésia plebis.

℞. Et in cáthedra seniórum laudent eos.

**Ad Magnificat, Antiphona.**



**S** A-CERDO-TES De-i, \* bene-dí-ci-te Dómi-num: servi Dó-




mi-ni, hymnum dí-ci-te De-o, alle-lú-ia. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*


## Ad Laudes.

1. Ant.  
III. b



**S** ANCTI tu-i \* Dómi-ne flo-ré-bunt sic-ut lí-li-um, et sicut  
 odor bálsami e-runt ante te. E u o u a e.

2. Ant.  
VIII. G



**I** N coe-lésti-bus regnis \* Sanctó-rum ha-bi-tá-ti-o est, et  
 in ae-tér-num réqui-es e-ó-rum. E u o u a e.

3. Ant.  
I. f


**C** ORPO-RA Sanctó-rum \* in pa-ce se-púlta sunt: et vi-vent  
 nómi-na e-ó-rum in ae-térnum. E u o u a e.

4. Ant.  
VIII. G\*


**S** PI-RI-TUS \* et á-nimae justó-rum, hymnum dí-ci-te De-o  
 nostro, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

5. Ant.  
II. D



**F** ULGEBUNT justi \* sic- ut sol in conspéctu De- i,  
 alle- lú-ia. E u o u a e.

## CAPITULUM.

*Hebr. 13. b.*

**F**RATRES: Mementóte praepositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: † quorum intuéntes éxítum conversatiónis, \* imitámini fidem.

## Hymnus.

IV. 

**R** EX glo-ri-ó-se Prae-su-lum, Co-ró-na confi-ténti-um,

Qui respu-éntes térre- a Perdú-cis ad coe-lésti- a:

Aurem benígnam prótinus  
Appóne nostris vóci- bus:  
Trophaéa sacra pángimus:  
Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus,  
Parcéndo Confessóribus:

Tu vince nostra crímina,  
Donándo indulgéntiam.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum. Amen.

ŷ. Justos dedúxit Dóminus per vias rectas.

Ꝛ. Et osténdit illis regnum Dei.

## Ad Benedictus, Antiphona.

II. D 

**V** os estis lux mundi: \* non po-test cí-vi-tas abscondi  
supra montem pó-si-ta: neque accéndunt lu-cérnam, et ponunt  
e- am sub mó-di- o, sed super cande-lábrum, ut lú-ce- at  
ómnibus qui in domo sunt. E u o u a e.

*Oratio.*

**D**EUS, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis et amóre domináris: † da spíritum sapiéntiae suffragántibus méritis Antístitum Ecclésiæ tuæ, quibus dedisti régimen disciplínæ; \* ut de proféctu sanctárum óvium fiant gáudia aetérna pastórum. Per Dóminum nostrum.

*Ad Horas, Antiphonae et Psalmi de Psalterio. Capit. et reliqua ut infra.*

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Fratres: Mementóte, e Laudibus.*

℞. *br.* Laetámini in Dómino. [34].

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Act. 20. c.*

**A**TTENDITE vobis, et univérso gregi, † in quo vos Spíritus Sanctus pópuit epíscopus régere Ecclésiám Dei, \* quam acquisívit sanguíne suo.

℞. *br.* Exsúltent justi. [34].

**Ad Nonam.**

CAPITULUM.

*Hebr. 13. c.*

**O**BEDITE praepósitis vestris, et subjacéte eis: † ipsi enim pervígilant, \* quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

℞. *br.* Justi autem. [35].

**In II. Vesperis.**

*Antiphonae, Capitulum et Hymnus de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis, sed loco ultimi, Ps. Meménto. [45].*

ŷ. Elégit eos Dóminus sacerdótes sibi.

℞. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

VII. a

**D**UM es-sent \* Summi Pontí-fi-ces, terré-na non me-tu-  
é-runt: sed ad coe-lésti- a regna glo-ri- ó-si migrá-runt.  
E u o u a e.

**4. S. Irenaei Episcopi, Martyris.***Duplex.**Oratio.*

**D**EUS, qui beáto Irenaéo Mátyri tuo atque Pontífici tribuísti, ut et veritáte doctrínae expugnáret haéreses, et pacem Ecclésiae felíciter confirmáret: † da, quaésumus, plebi tuae in sancta religióne constántiam; \* et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum nostrum.

**FESTA AUGUSTI.****16. S. Rochi Confessoris.***Duplex.**Oratio.*

**P**OPULUM tuum, quaésumus Dómine, contínua pietáte custódi: † et beáti Rochi suffragántibus méritis, \* ab omni fac ánimae et córporis contagióne secúrum. Per Dóminum nostrum.

**18. S. Helenae Imperatricis, Viduae.***Duplex.**Oratio.*

**D**OMINE Jesu Christe, qui locum ubi crux tua latébat, beátae Hélenae revelásti, ut per eam Ecclésiam tuam hoc pretiósó thesáuro ditáres: † ejus nobis intercessióne concéde; \* ut vitális ligni prétio aetérnae vitae praémia consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

**Festum Purissimi Cordis B. Mariae Virginis.***Duplex majus.***In I. Vesperis.***Antiphonae et Capit. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].**Hymnus Ave maris stella. [80].*

ŷ. Exsúlta in omni corde filia Jerúsalem.

ŕ. Rex Israél Dóminus in médio tui.

## Ad Magnificat, Antiphona.

I. g




**E**XSULTA-VIT \* cor me-um in Dómi-no, et ex-altá-tum est  
cornu me-um in De-o me-o, qui-a lae-tá-ta sum in sa-  
lu-tá-ri tu-o. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
III. a 2




**T**RA-HE me, \* post te curré-mus in odó-rem unguentó-rum  
tu-ó-rum. E u o u a e.

2. Ant.  
VII. a




**D**I-LECTUS me-us \* lóqui-tur mi-hi: Surge, pró-pe-ra,  
amí-ca me-a. E u o u a e.

3. Ant.  
I. f




**F**ULCI-TE me fló-ri-bus, \* sti-pá-te me ma-lis, qui-a amó-  
re lán-gue-o. E u o u a e.





**A**D-JURO VOS, \* fí-li-ae Jerú-sa-lem: ne susci-té-tis di-  
léctam, quo-adúsque ipsa ve-lit. E u o u a e.



**E**-GO dórmi-o, \* et cor me-um ví-gi-lat. E u o u a e.

CAPITULUM.

Cant. 8. b.


**P**ONE me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super brá-  
chium tuum: † quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus  
aemulatio: \* lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum.

*Hymnus.* O gloriósa Vírginum. [83].


ŷ. Qui me invénerit, invéniet vitam.

ꝛ. Et háuriet salútem a Dómino.


Ad Benedictus, Antiphona.



**E**XTOLLENS VO-cem \* quaedam mú-li-er de turba, di-xit



il-li: Be-á-tus venter qui te portá-vit, et úbe-ra quae su-



xí-sti. E u o u a e.

*Oratio.*

**O**MNIPOTENS sempitérne Deus, qui in Corde beátae Maríae Vírginis  
dignum Spíritus Sancti habitáculum prae-parásti: † concéde prop-  
pítius; ut ejúsdem puríssimi Cordis festivitátem devóta mente reco-  
léntes, \* secúndum cor tuum vívere valeámus. Per Dóminum ... in uni-  
táte ejúsdem Spíritus.

Ad Primam, in ű. br. ŷ. Qui natus es de María Vírgine.

## Ad Tertiam.

Capitulum. Pone me, e Laudibus.

R. br.

**A** - NI-MA me- a \* Li-que- fácta est. V. Ut lo-cú-tus est di-

léctus. Gló-ri- a Patri.

V. Fortis est ut mors diléctio.

R. Dura sicut inférnus aemulatio.

## Ad Sextam.

CAPITULUM.

Eccli. 24.

**E**GO ex ore Altíssimi prodívi, primogénita ante omnem creatúram: †  
ego feci in coelis ut orirétur lumen indeficiens, \* et sicut nébula  
texi omnem terram.

R. br.

**F** ORTIS est \* Ut mors di-lécti- o. V. Du-ra sic-ut inférnus

aemu-lá-ti- o. Gló-ri- a Patri.

V. Ego dilécto meo. R. Et ad me convérsio ejus.

## Ad Nonam.

CAPITULUM.

Eccli. 24.

**I**N omni terra steti: † et in omni pópulo, et in ómnibus réquiem  
quaesívi, \* et in haereditáte Dómini morábor.

R. br.

**E** - GO \* Di- lé- cto me-o. V. Et ad me convérsi- o e-jus.

Gló-ri- a Patri.

V. Qui me invénerit, invéniet vitam.

R. Et háuriet salútem a Dómino.

## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*

ψ. Viam mandatórum tuórum cucúrri.


℞. Cum dilatásti cor meum.

## Ad Magnificat, Antiphona.



E

XSULTA- VIT \* cor me-um in De-o sa-lu-tá-ri me-o,



qui-a fe-cit mi-hi magna qui po-tens est. E u o u a e.

## FESTA OCTOBRIS.

## In Festo Maternitatis B. Mariae Virginis.

*Duplex majus.*

## In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capit. de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].**Hymnus. Ave maris stella. [80].*

ψ. Benedícta tu in muliéribus.


℞. Et benedíctus fructus ventris tui.

## Ad Magnificat, Antiphona.



C

UM jucundi-tá-te \* Ma-terni-tá-tem be-átae Ma-rí-ae sem-




per Vírgi-nis ce-lebrémus. E u o u a e.


*Oratio ut infra ad Laudes.**Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
VIII. c




**B** E-A-TA es \* Virgo Ma-rí-a, quae ómni-um portá-sti




Cre-a-tó-rem. E u o u a e.

2. Ant.  
VI. F




**G** E-NU-ISTI \* qui te fe-cit, et in ae-térnum pér-ma-nes




Virgo. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G




**B** E-ATAM me di-cent \* omnes gene-ra-ti-ónes, qui-a ancíl-




lam húmi-lem respé-xit Dómi-nus. E u o u a e.

4. Ant.  
VIII. G




**F** E-CIT \* mi-hi magna qui po-tens est, et sanctum nomen




e-jus. E u o u a e.

5. Ant.  
VII. a



**V** I-DERUNT e-am \* ff-li-ae Si-on, et be-á-tam di-xé-runt,



et re-gí-nae lauda-vé-runt e-am. E u o u a e.


CAPITULUM.

Eccli. 24.

QUI creávit me, requiévit in tabernáculo meo, † et dixit mihi: In Jacob inhábita, \* et in eléctis meis mitte radíces.

## Hymnus.

II.



**T** E Ma-ter alma Númi-nis, Orámus omnes súppli-ces, A

fraude nos ut daémo-nis Tu- a sub umbra pró- te-gas.

Ob pérditum nostrum genus  
Primi paréntis crímine,  
Ad ínclytum Matris decus  
Te Rex suprémus éxtulit.

Cleménter ergo próspice  
Lapsis Adámi pósteris:

A te rogátus Fílius  
Depónat iram víndicem.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Pa-tre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ŷ. Germinávit radix Jesse: orta est stella ex Jacob.

ꝛ. Virgo péperit Salvatórem: te laudámus Deus noster.

Ad Benedictus, Ant. Sancta María, [82], in cujus fine dicitur:



... quícúmque cé-lebrant tu-am admi-rá-bi-lem Ma-terni- tá-tem.

## Oratio.

DEUS, qui de beátae Maríae Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti: † praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei crédimus, \* ejus apud te intercessió-nibus adjuvémur. Per eúmdem Dóminum.


Ad Horas, Capitula et 88. brevia ut in Festis B. M. V., [85]. Sed ad Tertiam dicitur Capit. Qui creávit me, e Laudibus.

## In II. Vesperis.


Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.

Ad Magnificat, Antiphona.


IV. E




**M** A-TERNI-TAS tu- a, \* De- i Gé-nitrix Virgo, gáudi- um



annun-ti-á-vit u-ni-vérso mundo: ex te e-nim ortus est sol



justí-ti-ae, Christus De- us noster. E u o u a e.



## In Festo Puritatis B. Mariae Virginis.


*Duplex majus.*

### In I. Vesperis.


*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in Festis B. M. V., [77].*

#### Hymnus.

II.



**P** RAECLA- RA custos Vír-gi-num, Intácta Ma- ter Nú-mi-nis,



Coe-léstis aulae já-nu- a, Spes nostra, coe- li gáu-di- um.

Inter rubéta lílium,  
Colúmba formosíssima,  
Virga e radíce gérminans  
Nostro medélam vúlneri.

Turris dracóni impérvia  
Amíca stella náufragis,  
Tuére nos a fráudibus,  
Tuáque luce dírige.

Erróris umbras díscute,  
Syrtes dolósas ámove:  
Fluctus tot inter déviis  
Tutam reclúde sémitam.


Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Pa-tre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

ŷ. Cum jucunditáte virginitátem beátae Maríae semper Vírginis celebrémus.


ꝯ. Ut ipsa pro nobis intercédát ad Dóminum Jesum Christum.

## Ad Magnificat, Antiphona.

III. a



**N** I-HIL inquiná-tum \* in e- am incúr-rit: candor est lu-cis




aetérnae, et spé-cu-lum si-ne má-cu-la. E u o u a e.


*Oratio ut infra ad Laudes.**Ad Completorium et Horas, Tonus et Doxologia de B. M. V.*

## Ad Laudes, et per Horas.

1. Ant.  
II. D




**S** IC-UT lí-li- um\* in- ter spi-nas, sic amí-ca me-a




in- ter ff- li- as. E u o u a e.

2. Ant.  
II. D




**D** I-LECTUS me- us mi-hi, \* et e-go il-li, qui pás-ci-tur in-




ter lí-li- a. E u o u a e.

3. Ant.  
VIII. G




**Q** UAM pulchra es, \* amí-ca me-a, quam pulchra es!




E u o u a e.

4. Ant.  
III. a



**U** -NA est\* co-lúmba me-a, perfécta me-a. E u o u a e.

5. Ant.  
I. g



V I-DE-RUNT e- am \* fí-li-ae Si- on, et be- a-tíssimam prae-  
di-ca-vé-runt. E u o u a e.

CAPITULUM.

Sap. 4.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate! † Immortalis est enim memoria illius, \* quoniam et apud Deum nota est, et apud homines.


*Hymnus.* O gloriosa Virginum. [83].

ŷ. Spécie tua et pulchritudine tua.

ṙ. Inténde, prospere procéde, et regna.

## Ad Benedictus, Antiphona.

VIII. g



S ANCTA \* et imma-cu-lá-ta Ma-rí-ae Virgí-ni-tas, quibus  
te láudi-bus éf-fe-ram nésci-o: qui-a per te Redemptórem  
nostrum suscé-pimus, Dómi-num nostrum Je- sum Christum.  
E u o u a e.

Oratio.

DA, quaesumus omnipotens aeternae Deus: † ut purissimae Virginis Mariae integerrimam Virginitatem festiva celebritate venerantes, \* ejus intercessione puritatem mentis et corporis consequamur. Per Dominum.

*Ad Horas, Capitula et RR. brevia ut in Festis B. M. V., [85]. Sed ad Tertiam dicitur Cap. O quam, e Laudibus.*




## In II. Vesperis.

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

## Ad Magnificat, Antiphona.

VIII. G



**B** E-A-TA De-i Gé-nitrix Ma-rí-a, \* Vir-go perpé-tu-a,  
 templum Dómi-ni, sacrá-ri-um Spí-ri-tus Sancti: so-la  
 si-ne ex-ém-plo pla-cu-í-sti Dómi-no Je-su Christo.  
 E u o u a e.


Die 23. Octobris (vel Dom. III. Julii).

## Festum Sanctissimi Redemptoris.

*Duplex majus.*


## In I. Vesperis.

1. Ant.  
I. a 3




**V** IRGAM \* virtú-tis su-ae emíttet Dómi-nus ex Si-  
 on, et regná-bit in saécu-lum saécu-li. E u o u a e.  
 Ps. Dixit Dóminus Dómino meo: 35.

2. Ant.  
VII. a



**R** EDEMPTI-ONEM \* mi-sit Dóminus pópu-lo su-o: mandávit



in ae-tér-num testamén-tum su-um. E u o u a e.


*Ps. Confitébor tibi Dómine in toto corde meo. 36.*

3. Ant.  
VIII. G



**M**

I-SE-RI-CORDI- A me-a \* et re-fú-gi- um me-um Dómi-nus:



suscéptor me- us, et li-be-rá-tor me- us. E u o u a e.

*Ps. Crédidi, propter quod locúsus sum. 83.*

4. Ant.  
IV. A\*



**A**

-PUD Dóminum \* mi-se-ri-córdi- a, et co-pi- ó- sa apud



e- um redémpti- o. E u o u a e.

*Ps. De profúndis clamávi ad te Dómine. 120.*

5. Ant.  
IV. E



**I**

N quacúmque di- e \* invocá-ve-ro te, exáudi- es me:



multipli-cá- bis in á- nima me- a virtú-tem. E u o u a e.

*Ps. Confitébor tibi... quóniam audísti. 139.*

*Capitulum. Benedíctum nomen, ut infra ad Laudes.*


### Hymnus.

IV.



**C**

RE- ATOR alme sí-de-rum, Æ-tér- na lux cre- dén- ti- um,



Je-su Redémptor ómni- um, Inténde vo- tis súppli- cum.

Commúne qui mundi nefas  
Ut expiáres, ad crucem  
E Vírginis sacrário  
Intácta prodís víctima.

Cujus potéstas glóriæ,  
Noménque cum primum sonat,  
Et coérites et ínferi  
Treménte curvántur genu.

Qui daémónis ne fráudibus  
Períret orbis, ímpetu

Amóris actus, lánguidi  
Mundi medéla factus es.



Te deprecámur últimæ  
Magnum diéi Júdicem,  
Armis supérnae grátiae  
Defénde nos ab hóstibus.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

Ÿ. Redemísti nos Dómine in sáanguine tuo.

Ŕ. Et fecísti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat, Antiphona.





E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

*Ad Completorium et Horas, Hymni cantantur et terminantur ut in Nativitate Domini, 230.*

Ad Laudes, et per Horas.






ti-á-te hoc in u-ni-vér-sa terra. E u o u a e.

2. Ant.

I. a 2




**E**c-ce De-us \* Salvá-tor me-us: fi-du-ci-á-li-ter a-gam,




qui-a factus est mi-hi in sa-lú-tem, alle-lú-ia. E u o u a e.

3. Ant.


I. g



**H**AURI-E-TIS aquas \* in gáudi-o de fón-ti-bus Salva-tóris,




et di-cé-tis: Confi-té-mi-ni Dó-mi-no, et invo-cá-te nomen




e-jus. E u o u a e.

4. Ant.

VI. F




**F**ACTA est \* sa-lus et virtus, et regnum De-i nostri, et




po-té-stas Christi e-jus. E u o u a e.

5. Ant.

V. a



**E**X-SULTA \* et lau-da, ha-bi-tá-ti-o Si-on: qui-a magnus in




mé-di-o tu-i Sanctus Isra-el. E u o u a e.

## CAPITULUM.

Tob. 3.

**B**ENEDICTUM nomen tuum Deus patrum nostrorum: † qui cum irátus fúeris, misericórdiam fácies, \* et in témpore tribulatiónis peccáta dimíttis his qui ívocant te.

## Hymnus.

iv. 

**S**A-LU-TIS húmánae Sa-tor, Jesu vo-lúptas córdi-um, Orbis  
red-émpti Cóndi-tor, Et casta lux amán-ti-um:

Qua victus es cleméntia,  
Ut nostra ferres crímina,  
Mortem subíres ínocens,  
A morte nos ut tólleret!

Te cogat indulgéntia,  
Ut damna nostra sárCIAS,


Tuíque vultus cómpotes  
Dítes beáto lúmíne.

Jesu, tibi sit glória,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et almo Spírítu,  
In sempitérna saécula. Amen.

Ÿ. Dómine refúgium factus es nobis.

Œ. A generatióne et progénie.

## Ad Benedictus, Antífona.

v. a 

**E**C-CE De-us noster iste: \* exspe-ctá-vimus e-um, et salvá-  
bit nos: susti-nú-imus e-um, exsultá-bi-mus et lae-tá-bimur in  
sa-lu-tá-ri e-jus, alle-lú-ia. E u o u a e.

## Oratio.

**D**EUS, qui Unigénitum tuum mundi Redemptórem constituísti, et per eum devícta morte nos misericórditer ad vitam reparásti: † concéde; ut haec beneficia recoléntes, tibi perpétua caritáte adhaerére, \* et ejúsdem redemptiúnis fructum percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

**Ad Primam.**

*In* ṙ. *br.* ṽ. Qui redemí-sti mundum.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum. Benedictum, e Laudibus.*



**R** ED-I-ME me Dómi-ne, \* Et mi-se-ré- re me- i. ṽ. In ecclé-



si- is bene-dí-cam te Dómi-ne. Gló-ri- a Patri.

ṽ. Meménto nostri Dómine in beneplácito pópuli tui.

ṙ. Vísita nos in salutári tuo.

**Ad Sextam.**


CAPITULUM.

*1. Cor. 1.*

**E**x ipso autem vos estis in Christo Jesu, † qui factus est nobis sapiéntia a Deo, \* et justítia, et sanctificátio, et redémptio.



**M** EMENTO nostri Dómi-ne \* In beneplá-ci-to pópuli



tu- i. ṽ. Ví-si- ta nos in sa-lu- tá-ri tu- o. Gló-ri- a Patri.

ṽ. Redemísti nos Dómine in sánguine tuo.

ṙ. Et fecísti nos Deo nostro regnum.


**Ad Nonam.**

CAPITULUM.

*Apoc. 4.*

**D**IGNUS es, Dómine Deus noster, accíperere glóriam, et honórem, et virtútem: † quóniam occísus es, et redemísti nos Deo in sánguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et pópulo, et natióne, \* et fecísti nos Deo nostro regnum.

R. br.



**N**OTAM fe-císti in pópu-lis \* Vir-tú- tem tu-am. ŷ. Rede-

místi in bráchi-o tu-o pópu-lum tu-um. Gló-ri-a Patri.

ŷ. Dómine refúgium factus es nobis.

R. A generatióne et progénie.

### In II. Vesperis.


*Omnia ut in I. Vesperis, praeter sequentia.*

ŷ. Redemísti nos Dómine in sángine tuo.

R. Et fecisti nos Deo nostro regnum.

#### Ad Magnificat, Antiphona.

V. a



**R**EGNUM tu-um, \* regnum ómni- um saecu-ló-rum: et domi-

ná-ti-o tu-a in omni gene-ra-ti-ó-ne et gene-ra-ti-ónem,

alle-lú-ia. E u o u a e.

24.

### Sancti Raphaelis Archangeli.


*Duplex majus.*

#### In I. Vesperis.

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi ut in I. Vesperis Apostolorum.*

#### Hymnus.

II.



**T**I-BI Christe splendor Patris, Vi-ta, virtus córdi-um, In



conspéctu Ange-ló-rum, Vo-tis, vo-ce psál-limus, Alternántes



concrepándo Me-los damus vó-cibus.

Collaudámus venerántes  
Omnes coeli príncipes,  
Sed praecípue fidélem  
Médicum et cómitem,  
Raphaélem, in virtúte  
Alligántem daémonem.

Quo custóde procul pelle,  
Rex Christe piíssime,  
Omne nefas inimíci:

Mundo corde et córpore  
Paradiso redde tuo  
Nos sola cleméntia.


Glóriam Patri melódis  
Personémus vó-cibus,  
Glóriam Christo canámus,  
Glóriam Paráclito,  
Qui trinus et unus Deus  
Exstat ante saécula. Amen.

ŷ. Stetit Angelus juxta aram templi.

Ꝟ. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

v. a



**E**-go sum \* Rápha-el Ange-lus, qui asto ante Dó-mi-



num: vos autem bene-dí-ci-te De-um, et narrá-te ómni-a mi-



ra-bí-li-a e-jus. E u o u a e.

*Oratio ut infra ad Laudes.*

**Ad Laudes, et per Horas.**

1. Ant.

VIII. G<sup>+</sup>




**M**ISSUS est \* Ange-lus Rápha-el ad To-bí-am et Sa-ram,





ut cu-rá-ret e-os. E u o u a e.

2. Ant.  
VII. d




**I**NGRESSUS \* Ange-lus ad To-bí- am, sa-lu-tá-vit e- um, et




di- xit: Gáudi- um sit ti-bi semper. E u o u a e.

3. Ant.  
IV. E



**F**ORTI á-nimo \* esto, To-bí- a: in pró-ximo e-nim est




ut a De- o cu-ré-ris. E u o u a e.

4. Ant.  
V. a



**B**E-NE-DI-CI-TE \* De- um coe- li, et co-ram ómni-bus vi-vén-



ti-bus confi-témi-ni il-li, qui- a fe-cit vo-bíscum mi-se-ri-cór-



di- am su-am. E u o u a e.

5. Ant.  
VIII. c



**P**AX vo- bis, \* no-lí- te tímé-re: De- um bene-dí-ci-te, et




can-tá- te il-li. E u o u a e.


## CAPITULUM.


Tobiae 12. c.


QUANDO orábas cum lácrimis, et sepeliébas mórtuos, et derelin-  
 québas prándium tuum, † et mórtuos abscondébas per diem  
 in domo tua, et nocte sepeliébas eos, \* ego óbtuli oratió-nem tuam  
 Dómino.

## Hymnus.

I. 

C HRISTE sanctó-rum de-cus Ange-ló-rum, Rector humá-ni  


gé-ne-ris et auctor, No-bis ae-térnum trí-bu-e be-nígnus Scán-  


de-re coe-lum.  


Angelum nobis médicum salútis  
 Mitte de coelis Ráphaël, ut omnes  
 Sanet aegrótos, paritérque no-

[stros

Dírigat actus.

Hinc Dei nostri Génitrix Ma-  
 [ría,


Totus et nobis chorus Angelórum  
 Semper assístat, simul et beáta  
 Cónccio tota.


Praestet hoc nobis Déitas beáta  
 Patris ac Nati, paritérque Sancti  
 Spíritus, cujus réboat in omni  
 Glória mundo. Amen.


ŷ. In conspéctu Angelórum psallam tibi Deus meus.


ꝛ. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

## Ad Benedictus, Antiphona.

III. b 

E -GO sum \* Rápha-el Ange-lus, qui asto ante Dómi-num:  


vos au- tem bene-dí-ci-te De-um, et nar-rá-te ómni-a mi-ra-  


bí-li-a e-jus, alle-lú-ia. E u o u a e.  


*Oratio.*

**D**EUS, qui beátum Raphaélem Archángelum Tobíae fámulo tuo cómitem dedísti in via: † concéde nobis fámulis tuis; ut ejúsdem semper protegámur custódia, \* et muniámur auxilió. Per Dóminum.

**Ad Tertiam.**

*Capitulum.* Quando orábas, e *Laudibus.*

℞. *br.* Stetit Angelus. 726.

**Ad Sextam.**

CAPITULUM.

*Tobíae 12. c.*

**E**T nunc misit me Dóminus ut curárem te, et Saram uxórem fílii tui a daemónio liberárem. † Ego enim sum Ráphaël Angelus, \* unus ex septem, qui astámus ante Dóminum.

℞. *br.* Ascéndit fumus. 727.

**Ad Nonam.**

CAPITULUM.

*Tobíae 12. d.*

**T**EMPUS est ut revérta[r] ad eum qui me misit: † vos autem benedícite Deum, \* et narráte ómnia mirabília ejus.

℞. *br.* In conspéctu. 727.

**In II. Vesperis.**

*Antiphonae et Capitulum de Laudibus. Psalmi de Dominica, sed loco ultimi, Ps. Confitébor tibi... quóniam audísti. 728.*

*Hymnus ut in I. Vesperis.*

ŷ. Stetit Angelus juxta aram templi.

℞. Habens thuríbulum áureum in manu sua.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

I. D 2

**P**RINCEPS glo-ri- o- síssi-me, \* Rápha- el Archángel- le,  
 esto me-mor nostri: hic et u- bí-que semper pre-cá- re  
 pro no-bis Fí- li- um De- i. E u o u a e.


Die 5. Novembris.

**Festum Sanctarum Reliquiarum.***Duplex.**Omnia de Communi plurimorum Martyrum, [28].**Oratio.*

**A**UGE in nobis Dómine resurrecti6nis fidem, qui in Sanct6rum tu6rum Reliquiis mirabilia operáris: † et fac nos immortalis gl6riæ participes, \* cujus in e6rum cin6ribus pignora venerámur. Per D6minum.

**In Festo Patrocinii B. Mariae Virginis.***Duplex majus.*

*Omnia ut in Festis B. M. V. per annum, sed in fine Antiphonae Sancta Maria, [82], dicitur:*



... qui-cúmque cé-lebrant tu-um sanctum Pa-tro- cí-ni- um.

Die 27. Novembris.


**Manifestationis Immaculatae Virginis Mariae  
a Sacro Numismate.**

*Omnia ut in Festo Immac. Concept. B. M. V., 492, praeter sequentia.*

**In I. Vesperis.**

ŷ. Signum magnum appáruit in coelo.

ꝛ. Múlier amicta sole, et luna sub pédibus ejus.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

**Q**UI me invé-ne-rit, \* invé-ni-et vi-tam, et háuri-et



sa-lú-tem a D6mi-no. E u o u a e.

*Oratio.*

**D**OMINE Jesu Christe, qui beatíssimam Vírginem Mariám Matrem tuam ab origine immaculátam innúmeris miráculis claréscere voluísti: † concéde; ut ejúsdem patrocínium semper implorántes, \* gáudia consequámur aetérna. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

**Ad Laudes.**

Ÿ. O María sine labe origináli concépta.

Ŕ. Intercéde pro nobis qui ad te confúgimus.

**Ad Benedictus, Antífona.**

IV. E

**P** OSU- IT in e- a\* verba signó-rum su- ó-rum et pro-di-gi-ó-  
rum su- ó-rum in terra. E u o u a e.

**In II. Vesperis.**

*Omnia ut in I. Vesperis, praeter seq.*

*Ad Magnificat. Ant.* Sancta María succúrre míseris... quicúmque célebrant tuum sanctum Patrocínium. [220].



